317 † locus ad quem qs citať debet esse securus non solū p reo, sed p testibus, aduocatis, & aliis psonis necessariis.23.q. 2.c.Siue de coniugii. Idē esset ubi qs citareť ad locū in quo timeret non posse cōseq iustitiam pp potentiā aduersarii sui.ut declarat Ang. in disput. q̄ incip. Boñ.in 4. & 5.dub.& facit tex. in c. statutum.§.cum aūt.de rescrip.lib.6.Ad unū 318 aduerte ultra Ang.† quod reus citatus nō excusatur à cōtumacia pp hostilitatem quæ fit in territorio, unde hēt transire, si transeuntes per illa loca sunt soliti obtinere securitates. qa est in culpa ipse hoc idem non petendo. & pro ista conclusione facit tex.in l. qbus diebus.in prin.ubi Bal. de cōd. & dem. & in l.sed, & si p ptorem.§.ait prætor. ex q-319 bus cau.maio.q̄ dicit † q impedimentū.qđ de facili pōt remoueri, non est iustum impedimentum, & ẜm Mod.in d.c.ueniēs.col.37. post Ang. in d.disputa.incip. Bononiensis.si accusatus uel inqsitus citatus ad locū nō tutū, ubi haberet inimicitias capitales excusa-320 retur, nō comparens, † eodē modo si cōcedens saluum cōductū esset tyrannus, uel non soleret fidem datā obseruare, qa hisce prin-321 cipibus non est credendū. Sed † ista cōclusio ita declarata ẜm Bald.& Imo. non uř tuta, & uř qđ imò possit quilibet ēt sine mandato adducere similes causas probabiles, q non est tutus accessus. quia negari non potest q huiuscemodi causæ non sint nedū iustæ, sed ēt iustissimæ.ut dicunt iura p Barr. adducta in d.l de ætate.ad Treb.& l.sciendū 322 §.1.ff.de legatio.attento maxime, † qa nō est præsumendum q citatus ad locū non tutum, ubi hēt inimicos capitales, uelit se cōmittere capitalibus inimicitiis, ēt si haberet literas saluicōductus: ut probari uř in c.accedens.el 2.ut lit.non cōt.Suadeť ēt ista opi ultra Bald.& Imo. per istum tex.qui dicit, q excusationes absentium ex senatusconsulto iudicibus allegantur. & clarius per tex.in d. §.publice. q dicit publice interest absentē à quibuscunque defendi.facit l.reos.C.de acc. q̄ iura adducit Ang.in disput.sua quæ incip. Bononiensis. in 7.dub. Pro qua ēt facit duplex ratio, nam ubi quis citatur ad locū nō tutū uel pestiferū, & nō cōpareat, pſumptio est q nō uelit se cōmittere in manus inimicorū suorū, nō āt q hoc faciat uolūtariæ. at 323 tēto q † cōtumacia sonat ī delictū.ut gl.di 324 cit ī l.si filius.de īter r.act.† & delictū nō p sumitur

sumitur nisi probetur. l. quoties. §. qui dol. de ꝓb. Vltimo suadetur hæc opin. cōtra Bar. & 325 cōem arguendo ꝑ locum à uerosimili. † nā nullus est ita insipidus ꝗ non cupiat cruciatū corporis, uel mortis periculū declinare. ubi ergo ꝗs huiuscemodi periculū allegat, p̄sumendū est, ꝙ citatus utiliter gestū ratificabit. arg. l. si pater de don. dū dr̄ merces. n. eximii laboris appellāda est, qđ cōtēplatione salutis certo modo extimari non placuit. aut uero accusatꝰ ueniēs ratificabit gestū, & factū per hūc excusatorē, & tūc satisfaciunt intētioni iudicis inq̄rentis, uel accusatoris, si uero noluerit ratificare, poterit qñcunq; hisce excusationibus renūciare. & cū Bald. & Imol. trāseunt Mod. Señ. in d. c. ueniens, col. 28. Et dicit Ang. ī d. disp. ꝙ ex p̄missis cōlun 326 ditur ēt tertia cōclusio Bar. dū dicit, ꝙ † ꝗs non possit sine mādato opponere exceptiones dilatorias. & declinatorias. sed hisce rōnibus facile pōt r̄nderi. nam rō quare non debeat admitti talis defensor sine mādato colligit̄ ex l. in eo. §. nemo. de reg. iur. & in l. si ad 327 defensionē supra iud. sol. † nā interest actoris cōtra quē huiuscemodi excusationes opponunt̄, ut talis excusator habeat mādatum. ne iudiciū reddat̄ elusorium. sed tuendo opi. Bal. quę mihi placet ꝑ tex. in d. § publ. dic, & istud, ꝙ reddat̄ iudiciū elusoriū, nō cōsiderat̄ ubi allegant̄ exceptiones dilatoriæ, seu declinatoriæ, q̄ ꝓponunt̄ ante lit. cōtest. ut ꝗa accusās est īfamis, aut excōicatus, uel alias inhabilis. si uelles tñ tueri opin. Bar. uolo, ꝙ aduertas ad istū text. in quo ponit̄ regula, ꝙ ad crimē publici iud. ꝓsequēdū, uel ad se defendēdū, frustra procurator ītetuenit postea subiicit̄ sed excusationes absentiū iudicib. allegātur, quæ exceptio ut sit de regula, debet ī 328 telligi ꝙ requiratur mādatū, & maxime † ꝗa de nā illius aduersatiue, sed est aduersari his q̄ sunt eiusdem gñis, gl. in l. mariti. de adult. Si uelles tñ tueri opi. Bal. Imo. & Mod. contra Bar. & cōem uolo ꝙ habeas præoculis text. quem ponderat Aret. in d. cap. ueniens, 329 † in l. fi. ff. de requi. re. ubi dicit ꝙ si reus nō cōparet post citationem infra annū, uel non habeat ꝗ eū defendat in causa capitali post annum confiscant̄ eius bona. ergo cū tex. nō possit intelligi de causis innocentię, intelligi debet de causis absentię ī quib. admittit̄ simplex defensor sine mādato. & si ꝗspiā subtiliter diceret ille tex. debet suppleri ut intelligatur de defensore cū mandato, replicari pōt ꝙ talis nō dr̄ ꝓprię defensor, sed ꝓcurator l. reos. C. de acc. & 3. q. 1. c. defensor. sed etiā aliqñ defensor capit̄ pro ꝓcuratore, & ꝓ tutore, & curatore. l. 1. ff. q. pet. tut. Itē pt̄ intelligi ille tex. de defensore cū cautione de iudi 330 catū soluendo. † nec est inconueniēs ꝙ ibi ꝓcurator appellet̄ defensor, sicut aliqñ ēt dr̄ ꝓcurator ꝗa nō habet mādatum. l. iudicatū solui. §. 2. ff. iud. sol. Secūdo opin. Bar. & cōi 331 refragari ur̄, nā uera est iuris cōclusio ꝙ † ī criminalibus ubi absens cōdēnari pōt, admittitur defensor sine mandato ēt ad allegandū causas innocētiæ, seu causas causę. d. §. publ. s̄m cōem intellectū. ergo idem ur̄ dicendum in causis capitalibus ubi absens cōdēnari nō pōt ꝓbatur in d. §. publ. duplici rōne. Primo ꝗa tex. in 1. & 2. rñso permittit allegari causas innocētiæ ī uno casu, & causas absentiæ in causa capitali. Secūda ratio. ꝗa in causa capitali arguendo ꝑ locum à cōiter accidentibus agi pōt de grauiori p̄iudicio si nō admittatur excusator ad allegandū causas abñtiæ, q̄ si non admittatur ad allegādum causas in 332 nocētiæ in alio casu. ꝗa † absens cōdēnari non pōt. eius bona cōfiscantur, post annum irreuocabiliter. d. l. fi. de requi. re. Si ergo succurritur accusato, uel inq̄sito absenti, ꝗ absens cōdēnari pōt. ut causæ suæ innocentiæ allegari possint, ubi forte nō agetur de priuatione totius patrimonii, lōge magis, & minus dubie debet succurri absenti, qui nō pōt condemnari cuius omnia bona tñ publicari possunt, ut admittatur excusator sine mādato. Sed tuendo cōem r̄nderi pōt, ꝙ satis est, ꝙ succuratur absenti cuius bona publicari p̄nt. ut possit cōparere cum mādato: & satis probatur ista opi. in hoc tex. ꝙ requirat̄ mādatum. ponderando ut supra dixi: & clarius in d. c. ueniens de acc. Retenta igit̄ opi. Bart. hic quæ est, cōis, & quam tenet ēt hic Bene 333 dic. de Plumb. col. 10. ꝙ † ad proponendas exceptiones mere dilatorias admittatur excusator cū mandato, limitatur ut nō procedat s̄m Aret. in d. c. ueniens col. 12. ubi exceptio dilatoria seu declinatoria esset notoria & idem dicit Aret. ubi talis exceptio cōtingeret ipsum crimē alleg. Ang. in l. si filius. ff. qui satisd. cog. ꝗa sicut ipse iudex ex officio suo teneretur defendere accusatū, ita debet ꝑmittere ut ab alio defendatur. facit l. cui tū maior. §. si libertus. de ho. liber. ubi iudex nomine

mine petente debet absoluere reū. Bar.tñ in fra uř uelle ꝙ talis excusator nō sit admittē dus sine mādato. Sed iuxta prædicta cadit du 334 bitatio, † quid si iudex non admittat cōpa rentē nomine absentis, qui dicit ꝙ inqsitus est in partibus longinquis, uel ꝙ est absens, uel infirmus, & se offerat hoc probaturū ꝓ modo cōstat, & modo agatur, & iudex recu sat recipere has ꝓbationes, an processus sit nullus.& Bart. in extrauag.ad repr.in uers. ne glexerit.tenet ꝙ ꝓcessus est nullus.qa stat ꝑ iudicē quominus certior fiat.allegat text. in c.interposita.de app.& subdit ꝙ ius sit saluū parti petendi restitutionem in integrum ob iustā absentiā.iuxta l.fi.de rest.in integ.& licet dictū Bart.nō ꝓbet.in d.c.interposita. ut in uoce dixi, tñ ex dicto Bart.habes cautelā: 335 † ꝙ statim ꝙ qs cōmiserit homicidiū, uel delictū aliquod in quo nō pōt ꝓcurator cō stitui, ut horte is eū, ut ad partes remotas ꝓ ficiscatur. & mittas aliquem ad allegandum causas absentię suę q ꝑ modo cōstat, & mo do agat̃ se ꝓbaturū offerat. q si nō admittat̃ à iudice ꝓcessus erit nullus, et ꝙ ex forma statuti cōtumax habeat̃ ꝓ confesso. & hanc cautelā tradunt Mod.in d. c.ueniens in 10. car.in 4.col.in 2.q.prin. *Tertia* colligit̃ con- 336 clusio ex dictis Bar.† ꝙ exceptiones q̃ licet opponant̃ ad ꝓcessum tangunt tñ crimē, nō possunt opponi ꝑ ꝓcuratorē. exēplū est ẜm Bar.ut supra cū opponat exceptionē rei iudi catę.utputa nō pōt ꝓcedi q̃a reus accusatus iā fuit condēnatus, uel fuit absolutus, uel nō pōt accusari.qa occisus ex forma statuti po- terat occidi, ad has.n.exceptiones ꝓponen- das ꝓcurator interuenire non pōt. Primo ꝑ istum tex. q gñalr̃ dicit ꝙ ad crimen publici iudicii ꝓsequunt̃, sed ex quo hæ exceptiones tangunt crimen ꝑ eas fieri dr̃ criminis exe- cutio.& ista ẜm Ioan.And.in add.ad Spec.in tit.de acc.§.est.uer.qd si bannitus fuit origi nalis opi.Iac.de Are.quē Bar.non citat, pro qua ut ipe dicit, ita cōsuluit Pisis cū Frāc.Ti grino. & opi.Bar.hic cōiter recipit̃ ut Imo. hic dicit.col.18.& Mod. q referunt Bart. & 337 Imo.formalr̃ in d.c.ueniens.†Sed ista opi. cōis non uř tuta ẜm Iac.But.& Imo. hic, q exceptiones de quibus Bart. loquit̃ sunt mix tæ.i.habent uim dilatoriæ exceptionis, & ꝑ- emptorię.& sic possunt opponi ad ꝓcessum & ad merita, & ideo dicuntur exceptiones li tis finitæ, de quibus ꝑ gl.in c. 1. de lit.cont. & in l.nā.& postea, de iureiur.& tradit Bart. in l.quærebat̃. ff.iud.sol.ubi ergo procurator opponit nō esse procedendū ad ulteriora.qa fuit iudicatū illum esse ponendū in banno. 338 & ista est exceptio litis finitæ,† & ideo ẜm Imo.hic in omni dispositione debet spectari id qđ principalr̃ agit̃ l.si qs nec causam. ff.si cert.pet.& facit l.non solum.§.fi.de proc.cū ergo ꝓcurator nō ueniat ad publicū uel pri uatū crimē ꝓsequendū, sed potius ad ipsam persecutionē impediendā. uř ꝙ sit admitten dus.qa finis debet considerari.l.& si nō sint. §.perueniamus.ff. de auro, & arg.leg.sed re- plicari pōt ex mēte Are. in d.c.ueniēs.col.5. ꝙ licet huiuscemodi actus opponendi exce- ptionē de se nō tēdat ad punitionē criminis, & sic ad persecutionē accusationis porrecte. 10.quo tñ talis actus uenit incidēter, ut pars iudicii crim.sine dubio dicetur actus crimin. factus suꝑ crimine, & hoc uř sufficere, ut ad hoc crimen ꝓcurator cōstitui nō possit. ut ĩ hoc tex. ergo ipsum iudiciū crim.principalr̃ intentatum spectandum uř, ut dignoscat̃. qd 339 posset fieri in ipso iudicio. † nā principalr̃ ubi qs de delicto inqritur uel accusatur, ibi principalr̃ tractatur criminale, & capitale iu dicium. ergo nō debet considerari illud inci dēs, ꝙ opponi possit exceptio declinatoria. imò tex.in l.non solum.§. fi.de ꝓc.per Imo. adductus ꝓbat contra eū, nam ibi dr̃, ꝙ q̃uis cum agitur ciuiliter ad remouendū tutorem ĩ cōnām tutor criminalr̃ puniri posset.l.1. §.itē solent. ff de off.ꝓfec.urb. tñ hoc qđ in cōnām uenit spectari nō debet, idē ergo di cēdum uř ꝙ si iudicium principale est crimi nalem, licet actus eidem iudicio incidens tē dat ad effectum ciuilem, sicut exceptio ad re pellendum accusatorem. tñ tale iudicium iu dicabit̃ ut criminale.arg.l.quoties.C.de iud. Sed tuēdo opin.Imo.uolo ꝙ aduertas quod 340 † in oĩ dispositione finis debet cōsiderari. l.& si nō sint.§.perueniam⁹, de aur.& argen. leg.& tradit Bar.in l.ambitiosa, ĩ 4.col.& ff. de decre.ab ord fac.sed ratio finalis quare in causa criminali non possit interuenire ꝓcu 341 rator est.† q̃a talis causa uř magni ꝓiudici. ista ratio cessat ubi agit̃ de opponenda exce- ptionem declinatoriam, qñ quidem agatur hic de faciendo ne iudiciū criminale efficia tur elusoriū.& ut litibus, & expēsis obuiet̃, & ne frustra agat̃ criminaliter, & maxime q̃a tex.noster dicit, ꝙ ad persequēdū iudiciū pu blicum

blicũ frustra interuenit ꝓcurator, sed ille q opponit exceptionẽ declinatoriã, vult ꝙ à tali ꝑsecutione desistat; & si qſpiã diceret, aduerte qa tex. nr̃ dũ loquit de persecutione uĩ loqui in ipso accusatore sed in reo nõ loquitur de ꝑsecutione sed de defensione, & dicit ꝙ reus nõ põt constituere ꝓcuratorẽ ad 342 defendendũ, †sed applicatione defensionis uenit exceptio declinatoria. l. sed, & si susceperit. §. 1. in uers. aliis defens. ff. de iud. & tradit Bal. in l. qm̃ Alex. C. ad l. Iul. de adult. Sed tu aduerte, qa defensio proprie est illa quæ crimẽ excludit. sed illa quæ ꝓcesũ retardat nõ est ꝓprie defensio, ut est declinatoria. ita Bal. in l. 1. C. qui accus. non pos. & gl. in c. 1. in gl. 3. de lit. cont. lib. 6. & tradit Fel. in rub. de excep. & Alb. in suo dictio. ĩ uer. defensio 343 † non uĩ tñ recedendum ab opin. Bart. hic quę cõiter recipitur. ut concludit Aret. in d. ca. ueniens. col. 6. quia negari non põt. ꝙ ex parte accusatoris cum petat se admitti ad ꝓsequendum. ergo dispositio facta super persecutione criminis habebit locũ ĩ casu isto. Idẽ uĩ in reo. sed dicat Aret. quidquid uelit, opin. Bar. nõ uĩ tuta. quia in hisce exceptionibus declinatoriis non agitur de punitione criminis. ut in simili dicit Bar. in l. solent. ff. de alim. & cib. l. Retenta tñ opin. Barto. quæ est cõis, ꝙ exceptiones de quibus loquitur Bart. non possint opponi nec in uim peremptoriæ, nec ẽt in uim dilatoriæ. declarat tñ 344 huiuscemodi cõclusio. Primo, †ut nõ procedat ubi talis exceptio esset notoria. qa ad eã opponendã ꝓcurator constitui posset, qñ quidem iudex ẽt ex officio suo debet supsedere in processu, & libellum ipsum accusatorium lacerare, ne litigetur sup inani ꝓcessu, iuxta gl. in l. 1. de off. asses. & facit gl. in l. qui cũ maior. §. q præses. de bo. q̃ lib. & hęc l. limitatio cõiter recipit. ut Nel. dicit in trac. bã. in 2. par. 2. temp. q. 14. sed hæc limitatio ẽm Imo. hic post do. Ant. & Sal. ꝑ eũ relatos. nõ uĩ tuta. qa hic tales exceptiones opponũtur in uim exceptionis peremptorię, non debet distingui an sint notorię uel nõ, sed solũ debet distĩgui, an qs has exceptiones proponat ut simplex allegator, uel ĩstructor. & isto casu admittendus est. an uero ut ꝓcurator, & isto casu est repellendus, licet talis exceptio 345 sit notoria, qa †notoriũ nõ releuat ab onere ꝓponẽdi, licet releuat ab onere ꝓbãdi. ut Bar. dicit in l. si adulteriũ cũ incestu. §. idem pollioni. ff. de adul. clem. appellãti, de app. cõcludit ergo do. Ant. ꝙ ex quo quis non põt legitimare personam suam in proponendis hisce exceptionib. peremptoriis & notoriis, nõ est admittendus ut ꝓcurator. nec uĩ tuta rõ Bar. hic ꝙ ex quo iudex ex officio suo potest ipsum accusatorẽ repellere, debet posse constitui procurator, qñquidẽ huiuscemodi rõ cõcludat ꝙ debeat admitti allegator seu instructor, nõ aũt ꝓcurator. Itẽ non est tuta 346 rõ Bar. hic ex alio capite, ultra alios, †quia id ꝙ iudex possit supplere defectũ partis in opponẽdo exceptionẽ notoriã. cõcludit ubi talis exceptio demõstrat accusatorẽ nõ potiri iure accusandi uel agẽdi. Itẽ ꝓcedit eo casu ubi iudex si non suppleret uicẽ partis, cũ aliena iactura locupletaret. ut Bart. dicit super gl. ibi in uer. apponẽdo. †Si ergo in ca- 347 su nr̃o apponeret exceptio. ꝙ bannitus non audiat. uel ꝙ est ꝑscriptũ accusationi porrectæ. talis exceptio nõ tolleret ius accusandi ipso iure, sed illud potius elideret. & cũ hoc casu non posset iudex uices partium supplere, non posset quoq; talis exceptio ꝑ procuratorẽ proponi. & cũ possit ergo hoc casu ꝑ allegatorẽ, & instructorẽ subueniri, non dẽt admitti procurator, cũ solum possit ꝓsonã suam legitimare. sed ad hoc rñdet hic Io. de Imo. quem sequunt Senen. in d. c. ueniens. ꝙ spãle est in notorio ꝙ admittat ꝓcurator. li- 348 cet eius ꝓsona legitimari nõ possit. †qa in notoriis ordo est ordinẽ non seruare. Sed re- 349 plicari põt ex mẽte Are in d. c. ueniẽs. ꝙ †sicut delictũ qualitercũq; & quocũq; notoriũ nõ põt puniri ꝑ iudicẽ incompetentẽ. Bart. in l. magr̃atib. ff. de iud. ita nõ debet admitti procurator cuius ꝓsona legitimari nõ põt. Sed replicari põt ꝙ est magna rõ diuersitatis inter iudicẽ. & ꝓcuratorẽ. qa absurdũ est ꝙ iudex incõpetẽs, & q ꝓrsus caret iurisditio- 350 ne iudicet: †qa exceptio incõpetẽtiæ iudicis nunq̃ censet exclusa cle. 1. de seq. pos. & fruc. ñ sic est ĩ exceptione nõ legitimi procuratoris. & ideo licet iudex sine mandato nõ possit supplere uices partis in notoriis. dẽt tñ posse qs hoc facere ut ꝓcurator. ubi hẽt mãdatũ. attẽto maxime: qa ubi exceptio est notoria, cessat finalis rõ prohibitiua. ut ĩ criminalib. ꝓcurator ĩteruenire nõ possit. Cogita sup ꝓdictis. qa subtilia sũt, & male ut arbitror discussa ꝑ Scribẽ. Quarta colligit conclusio ex dictis Bar. ꝙ † ubi exceptio est ꝑ- 351 emptoria,

emptoria,& opponitur in uim peremptoriæ non admittitur procurator. quia si non admittitur ad plenam defensionem, & sic remouetur genus à prosecutione criminis. ergo & species. iuxta l.1.in fi.ff de suis. & leg. & hæc cõclusio ampliatur hic per Bart.ut ꝓcedat siue dubietas sit in facto, siue in iure, 352 † quia sicut ubi est dubium in facto nõ põt interuenire procurator, ita non potest interuenire ubi est dubium super iure.l. cũ ꝓlatis ff.de re iud.& facit regula.§ qbus in 1.const. C.& cum Bar. hic transeunt cõiter Scriben. 353 † & ideo si aliqui compareat pro accusato,& ꝓponat ꝙ accusatus non interfecit illum de quo accusaẽ, qa ea die qua dr̃ illum fuisse interfectũ,ipse non erat Paduæ, sed Mediolani,adeo ꝙ impossibile fuisset accusatũ in illo loco fuisse, admitti non debet. eodem modo non põt cõstitui procurator ad ꝓponẽdum illum fuisse mortuũ lõge anteriori tp̃e q̃ ea die.qua dr̃ interfectus. iuxta gl.in l.is q reus.de pub.iud.nec mirũ qa ista exceptio est mere ꝑemptoria. Et idem, ut Bart. & Scrib, dñt,est in exceptione mixta,ut supra dixi. ẽt 354 ubi est dubietas in facto,uel in iure, † ideo non põt cõstitui procurator ad opponẽdum ꝙ interfectus erat bãnitus,quia à pari procedunt,excludere crimen directe, uel aliqd deducere,per quod crimen indirecte excludaẽ. Difficultas huiusce casus consistit in uidẽdo 355 † an exceptio bãni sint declinatoria,an uero sit perẽptoria,ita ꝙ possit opponi utroq; modo ut supra dixi.& Io.de Im.hic dicit uerba statuti dr̃e cõsiderari,ubi.n. statutũ dicit bãnitus non audiaẽ,uel q̃rela opposita ꝑ bãnito occiso nõ audiaẽ,& hoc casu sine dubio hæc exceptio hẽt uim declinatoriæ.ut ex dictis Bart.elici ur̃ in l. nã postea in prin.ff. de iureiur.& in l.cũ lex.in fin.de fideiuss. Sed ad uerte qa Bal.relatus ꝑ Aret.in c.uen. ur̃ uel lex.ꝙ ubi statutũ dicit,bãnitus nõ audiaẽ,nõ paraẽ aliquo modo exceptio peremptoria, 356 † qa exceptio q̃ repellit agentem, & respicit qualitatẽ ꝑsonæ agentis,iudicanda est potius exceptio declinatoria, q̃ perẽptoria. ut Bal.dicit in l.filius.§ ueter.ad finẽ cõmenti. de ꝓc.& tradũt cõiter interpretes in l. exce. C.de exc.& ideo Are.satis impertinenter tangit plene illũ articulũ, an & qñ exceptio inducitur.ꝑ statutũ,censeaẽ denegatũ ius agendi ipso iure.uel ope exceptionis.Sed tota difficultas consistit, qñ statutum dicit ꝙ bãnito denegetur audiẽtia in criminalib.& ſm Bar. in d.l.nã postea.& in d. l. cũ lex ur̃ ꝙ ip si bãnito tollatur ius agendi ipso iure, & ꝑ cõns ꝙ hoc casu paretur exceptio mere peremptoria,q̃ cum tangat crimen principalr̃.nõ poterit ꝓponi per procuratorẽ.sed imo ur̃ ꝙ ta. 358 lis exceptio debeat dici declinatoria. † qa ista uerba non audiaẽ,uñr inducere declina- 359 toriam,non peremptoriam. † constitutionem.de elec.dr̃.n.in d.clem.cõstitutionẽ,ꝙ licet ille q non seruat dispositionẽ. c. ut circa de elect.lib.6.nõ debeat audiri ad ꝓsequendam cãm electionis. si tñ aduersarius patiaẽ deducta ꝓbari,talis ꝓbõ ualet,& ipsa electio cãcellari debet.& tñ si ꝑ illa uerba nõ audiaẽ pareret exceptio ꝑemptoria, nõ ualeret probatio minus esset cassanda electio. & si dicaẽ ꝓut sentit Are. ꝙ ibi ius in iudicio deductũ principalr̃ respiciebat ecclesiam.unde nõ potuit parari exceptio q̃ tolleret, & perimeret ius ipsius ecclesiæ.iõ paraẽ exceptio q̃ ipsam ꝑsonã repellit,replicari põt,ꝙ cõstitutio illa nõ fundat se super hoc. ꝙ ius deductũ respiceret fauorẽ ecclesiæ, & ideo põt dici ad illã clem.ꝙ licet dicatur quod nõ ẽ postmodũ in ꝓsecutione negocii audiẽdus, tñ ultra procedit Papa ꝙ si fiat ꝓbõ ꝑ aduersarii cõfessionẽ, uel alio modo legitime, Papa mandat il lam nõ infirmari,& sic ꝓcedit Papa declarando ꝙ per illud uerbũ non audiaẽ, non pareẽ exceptio peremptoria alias pararetur, nisi dicas tuẽdo sol.Aret.ꝙ nulla alia rõne ibi Papa hoc determinat nisi ut ipsi ecclesię faueat. Iuxta hãc cõclõnẽ Bar.se offert pulchra dubõ 360 ſm Bal.hic,pone † statuto cauetur ꝙ accusatus,uel inquisitus de crimine capitali non possit ꝓponere aliquam exceptionẽ, uel defensionẽ, nisi compareat personalr̃ an isto casu erit aliquod remediũ,si uelit ꝓponere per procuratorẽ exceptionẽ bãni, uel aliam exceptionem quæ sit notoris dic ut hic per eũ. 361 Circa. q. Bar.de Rauagense Boñ.habes ex eius dictis ꝙ † in examinatiõe exceptionis ꝙ quis non fuit rite cancellatus de bãno, nõ, potest interuenire procurator, & ideo cum esset occisus do. Rauagiensis Boñ. eius filii accusarunt occisores, fuit exceptũ ꝙ erat bãnitus, & ꝙ quod poterat impune occidi, fuit replicatũ quod erat cancellatus de bãno sed fuit iterum triplicatum, quod nõ erat rite cancellatus,dicit Bart quod consultũ fuit ꝙ in causa ista non poterat interuenire procu-

 rator

rator ēt ꝙ examinaretur coram alio iudice. & hæc fuit opin. Iac.de Bel. qa ista examinatio fit ad finem criminis excludendi,& ad ipsius criminis decisionem.facit ẽm Barr. l.arbitro.& l. si ab arbitro.ff.qui satisd. cog.& l. fin.ff quibus app.non l. & auc.ad hæc.C. de jud.sed ista iura non bene probant opi. Iac. de Bel.& Bar.& maxime qa uariis modis intelliguntur.ut idē Bar.dicit in l.in ambiguo. ff.de reb.du.& ideo ẽm Bal.hic uř tutior opi.

362 Iac.But.† ꝙ imo qñ exceptio uenit examinanda seorsum à crimine ꝙ possit interuenire procurator ꝑ iura per eum adducta, & primo ꝑ l.2.& l.pses.C.ad l.fla.de plag. in qb. iuribus examinatio qōnis proprietatis tendebat ad exclusionem criminis plagii. & tñ potest in causa interuenire procurator. l. de fide.C.de fal.& l.2.C.ad l.fla. de plagia. & facit tex.ultra alios in l. aduersus.C de fur. ubi in actione furti potest interuenire ꝓcurator. licet remedium tandant ad exclusionē iudicii

363 criminalis. Sed potest dici ꝙ † in d. l.2. C. ad l.fla.de plag.causa rei uendicatæ.ẽm Imo.

364 erat mere pecuniaria.† Idē in l.de fide. ubi in accusatione falsi ciuiliter porrecta admit

365 titur procurator. † eodem modo in actione furti ciuiliter mota potest interuenire procurator. licet in q.Bar.exceptio illa ꝙ fuerit rite bannitus, uel non rite, uel cancellatus non uř habere aliam naturam.nisi ut excludat uel includant delictum. Idem Io de Imo. distinguit duos casus.primus casus est quando quis agit principaliter rei uendicatione contra illum qui dicitur seruum adduxisse, & hoc casu potest interuenire procurator. qa licet ex hoc casu possit sequi decisio criminis.tñ non agitur principaliter ad hunc finē. sed ad finem pecuniarium,ut ipse seruus restituatur,aut uero ẽm Imo.quæstio opponitur

366 ꝑ uiam exceptionis,ut in.hoc exēplo† accuso te de crimine plagii,ꝙ mihi surripuisti seruū,tu excipis de dominio,& sic ꝙ seruus est tuus,& sic ꝙ nō est cōmissum plagiū, & isto casu pōt saluari opi.Iac.de Bel.& primo casu ꝓcedet opi. Iac.But.est uerū ꝙ cū Iac.de Bel. & Bar.hic transit Saly.in d.l.reos.col. 3.& in

367 d l.2.C.ad l.fla.de plagia † Sed tu cōsidera. qa uř uerior opi.But.simpliciter ꝑ text. in d. l.de fide.C.de fal.& d.l.aduersus.C.de fur nā ubi agit̃.ciuiliter pro falso aut furto,talis causa licet sit separata à decisione criminalis causæ ꝓcurator admittit̃,tñ ꝑ illam cognitionē pōt seq. decisio criminis l.2.§.hoc edicto. ff. ui bon.rap.& l. inde Neratius.§.si dolo.ff. de l.Aquil.uel saltē inferri ꝑiudicium iudicio publico l.inter.ff.eo.cum ibi no. ergo uerior uř

368 opi.cōtra Bar. nō recedo tñ a Bar. † Circa ultimā q. Bar.habes conclusionē.ꝙ in causis criminalibus ibi nō pōt interuenire procurator si interueniat,licet nō opponatur,tñ processus est nullus.& fuit opi.gl.in l.q̃uis.C.de adul.& gl.Io.And. in c.1.de iud.& ibi Io. de Faot.idē dicit do.Abb.in c.ueniens. de acc. & dicit Are.in d.c.ueniēs col.pe. unū singulare uerbum ꝙ ista opi.est cōlor.quam tenuerūt ēt Dyn.& Sal.in l.q̃uis C.de adult.& Bal.hic. & in l.seruum.§.publ.ff.eo.& in l.2 C.q acc. non pos.& in l.reos.de acc. & hanc opi. dicit ueriorem Alex. in l.ita demum . C. de proc. Pro ista opi. stringit primo iste text. subtiliter inducendo,& primo in princ. dum dicit

369 ad crimen publicū persequendum.† nā persecutio est perfecta secutio.arg.l. ædificia.§. ꝑdixisse.de uerb. sig.& in l.urbana ꝑdia.§ ꝑnoctare.ff.de uer.sig.ergo datur intelligi procurator ꝓhibetur ut in publicis iudiciis non possit interesse, nec in principio, nec in medio,nec in fine iudicii,suadetur, qa text. utit̃

370 † dictione frustra,quæ significat actū ipso iure nullum, ut probari uř nō cauillando literam in l.uerbis ciuilibus.uulg.& pup.ubi Ias. pulchre,& in c.qa frustra.de usu.& in l.si eo. & in l.cū donationis.C.de trans. adeo ꝙ pōderando istū text.in uer.ad crimen persequēdū,& in uer.uř ꝙ lex resistat īteruētui procuratoris.iuxta l cū lex.C de fideius.ergo uř ꝙ gesta ꝑ ꝓcuratorem ēt ꝙ ꝑ partē non fuerit oppositū sint ipso iure nulla. & maxime ẽm Bar.hic qa militat illa potissima rō. qa diligentius accusans,& accusatus suas prosequūtur,& ideo lex requirit,ꝙ accusans,& accusatus sint præsentes corā conspectu ipsius iudicis.ut ex eorū sermonibus,constātia,& trepidatione possit ueritas criminis dignosci, &

371 intelligi.† Suadetur ista opi.alia ratione secūdū Are.in c. ueniens. circa fi. dř in d.c. ueniens ꝙ iudex non recipere ꝓcuratorem in causa criminali,& sic ꝑ illā negatiuā positā ante uerbū pōt, denegariuř potētia ipsi iudici recipiendi procuratorē in causis criminalibus faciunt not.per Bart. in l cū lex,de fideius.& in l.Iuus quoq;.de hær.inst. ergo necessario dicēdū est ꝙ ꝓcessus sit nullus cū ergo lex non uelit posse cognosci de crimine siue

de

de causa, ubi partes sunt absentes. ergo si processum fuerit à procuratoribus usq; ad sententiam sine reorum presentia, constat notorie nõ fuisse cognitum de cã, prout nã causæ reqrit, & suadet, ergo huiuscemodi processus uř agitatus sine causæ cognitione † ergo snia lata sup eo erit ipse iure nulla, ut lata sine causæ cognitione iuxta l. ex stipulatione C. de sent. & interlo. om. iud. & l. fi. C. cõmi. p epis. & p ista opi. uř casus in c. si qñ 2. q. 6. iuncta l. 1. in prin. de asser. toll. dicit n. lex in c. si qñ, q cã criminalis, & cã status phibetur agi p procuratorem, & sic parificat istas duas cãs. † sed in cã status text. dicit in princ. l. 1. q penitus phibetur per pcuratorem comparere seu litigare, ergo uř q iudicium sit nullum in utroque casu † nam dictio penitus) importat actũ esse nullũ ipso iure ut l. solutũ § si in sorte in fin. ff. de pig. act. iuncta l. si non sortẽ, in prin. cõd. inde bñ facit gl. not. in uer. penitus, in c. Romana. in §. in uniuersitate, de sen. ex cõ. lib. 6. † Contrariã tñ opi. tenuit gl. Ber. q ibi sequunť Inn. Host. & Io. mo. in d. c. 1. de iud. lib. 6. q opi. secutus est ẽt Arch. in c. qui gñalř, de procur. in 6. & in cap. reos 3. q. 5. & Oldrad. in consi. 129. Ang. hic, & Io. de lig. & Card. in d. c. ueniens. ubi ẽt Fely. hanc sniam amplectitur, & dicit Bar. in l. post mortem §. fi. de adop. q si ea q non pñt fieri per procuratorem, & fiant si non opponatur ualent, allegat gl. in §. si qs ergo. uel fit igiť licentia, in auc. qbus mo. na. effi. leg. & illud dictum Bar. sequitur Ro. in consi. 251. & isti patres tñ dent ad istum tex. & ad tex. in c. ueniens, & ad alia iura. supra adducta q frustra) interuenit pcurator si opponatur exceptio. iuxta no. in l. uniuersa C. de pci. impe. offe. & eodẽ modo põt rñderi ad c. ueniens. ponderatum p Are. q iudex non põt recipere procuratores parte s. opponente, & eod. modo põt rñderi ad l. 1. de asser. toll. Sed non est recedendum a cõi opi. † quia licet aliqñ dictio frustra non importet nullitatem ipso iure, sed ope. exceptionis, ut ex tex. ultra alios hic in l. si Titius in fi. de fideius. & in l. 1. de non nu. pec. tñ istud est uerum ubi subiecta mã hoc patitur, de proprietate tñ sermonis dictio frustra. importat nullitatem ipso iure, ut Doc. cõiter dicunt in d. c. ueniens, & Ias. in d. l. uerbis ciuilibus, & semper stat firma illa potissima rõ, q † lex abhorret, q iudex cognosat crimine publico seu capitali in abñtia accusatoris, & accusati quo casu cõfunduntř oẽs distĩones Doc. in hac mã, q sunt tot, quot sunt capita hidrę, quarum prima fuit Iac. Butr. q si procurator interueniat ex parte accusatoris, ualebit processus, ex quo non fuit opposita exceptio, secus si interuenerat ex parte accusati: quia non põt abñs damnari non poterit ẽt procurator pñs: quia non deliquit, nisi forte dicatur ſm Iac. Butr. q ex quo non fuit opposita except. ante lit. cont. seqtur q abñs damnari poterit qa regula trita est, q dato uno inconuenienti sequuntur plura. l. ratas C. de resc. uend. & ista prima dist. non est ęqua: quia semper militat rõ. † q lex uult examinari causa capitalis in pñtia accusatoris, & accusati. Secunda † fuit dist. Bar. quæ eius opin. reuocauit: q non differt ab opi. Iac. de Bel. q ex parte accusatoris ualet processus, ratio quia pars, & iudex põt remittere accusatori pœnam calumniæ, & solum p p pœnam calumniæ introductum est q non possit procurator interuenire, sed ipse principalis admitti debeat, si uero ex parte rei, tũc põt interuenire nisi post causæ conclusionẽ. † & pfecto Bart. recte mutauit opi. quia vř ſm Imol. inepte intellexisse tex. in l. quis. C. de adul. qui loqtur qñ interuenit pcurator ex parte accusatoris nõ aũt ex parte accusati. Secundo † male dicit. Bar. dũ uult q iudex, & pars possint remittere pœnã calũniæ, qa hæc remissio esset contra publicã utilitatẽ, † quæ suadet calũniã & maleficia puniri l. ita uulneratus ad l. aq. & facit optime id qđ legiť, & no. in l. diuus supra ađ Syll. & in l. iurisgentiũ §. si paciscar ff. de pac. & l. ius publicũ, & p hoc ẽt facit, † qa licet nihil fuerit dictũ in primo iudicio de calũnia, tñ postea de illa põt qri per uiã accusationis, uel inqsitionis ẽt ex interuallo, ut plene not. in l. 1. §. 1. ad Turp. & in l. 1. & in l. q non probasse C. de calum. & in l. athletas. §. calũniator supra de infam. Et † pro ista opi. ultra alios facit tex. in l. fallaciter C. de calum. ubi fallaciter, & p calũniã accusantibus, non pdest nec publica abolitio nec priu. imò nec spãlis indulgẽtia pricipis. † si ergo nõ pdest nec spãlis indulgentia principis, nescio quo poterit pars, & iudex remittere calũniã accusatori, facit text. in l. abolitio. C. de abol. & in l. fallaciter eo tit. Suadeť hæc opi. contra Bart. † qa licet ĩ crimine priuato possit qs remittere iniuriã quo ad actionẽ ciuilẽ, non tñ põt paciscí de nõ accusãdo criminaliter, ut Bar. dicit

in l.inter oës §. recte, de fur. faciunt not.per Fel.in c.1.col.ul extra de præsump. & p Ias. in l.si in 4.no C. de fur.& tradit idem Bar.in l.1.§ usque adeo.per illum tex.ff.de iniur.& sentit Are.licet prædicta non adducat in d.c. 388 ueniens col. antepen. Tertia † fuit decisio Dñorum de Rota decis.col.q̃ refert hic Im. & Alex post eum in d.l.ita demum,q dñt q̧ ubi non opponitur excep.contra procuratorē q̧ tenet processus,ubi absolutoria uenit ferē da in fauorem absentis,q abñs fauori suo re nunciare põt.;Sed ista dictõ cum qua simplr̃ transit Io.de Imo.confunditur ex supradictis 389 †qa calũnia,q̃ tendit ad uindictã publicam remitti non põt facit tex.in l.q cetu.§.uacan tem ad l.Iul.de ui pub.Item militat illa ratio. q̧ crimen publicũ, seu capitale debet discuti in pñtia accusatoris,& accusari, alias nõ põt ualere snĩa,qa ur̃ lata sine causæ cognitione. 390 † ut in simili dicit Barth.in extr.ad repr.in uer.summarie, ubi si iudex in iudicio plenario dicat se summarie cognouisse de cã,& ferat snĩam, talis sententia uti lata sine causæ 391 cognitione est nulla.Quarta† fuit dictõ do. Ant.de Butr.in d.c.uen.qui considerat duos casus.Primus casus est, ubi snĩa nõ põt ferri contra abñtem, prout non põt rr̃in causis capitalibus,& isto casu uult do. Ant. q̧ si admittatur procurator q̧ processus sit nullus, qa frustra intercessit, ne supplet hic defectus ex litis contestatione quia non cessat cã phibitiua cõstitutionis procuratoris,faciũt not. s̃m eum in l.qui stipendia.C de procur. & in cap.in nostra,& in isto primo casu bene dicit do.Ant.in d.c.uen.in antepen.col. Secundus casus est s̃m eum, ubi potest procedi in absẽtem,& tunc v3 iudicium, quia tunc non est defectus nisi solennitatis.i. cautionis non p- 392 stite,† quæ solennitas põt remitti.l.Pomp. §. rati. de proc. sed do. Ant. præsupponit s̃m Im.hic,q̧ ratio quare ex parte rei non possit interuenire procurator sit illa quia pcurator non potest ligitimare personam suã præstando cautionem de iudicato soluendo, & tamẽ ista non est potissima, quare ex parte rei non possit interuenire procurator. Sed tenendo opin.do. Anto. tu dic q̧ ex quo absens potest damnari,cessat illa pricipalis ratio prohibitiua const.procur.quæ est,q̧ in præsentia accusatoris,& accusati causa agitari, & discuti debeat,& si dicatur nonne ipsi melius defendent per se, quàm per alium, quia imputet sibi qui instituit procuratorem, & non uenit ad se defendendum, melius est q̧ per aliquem defendatur, q̃ per nullum ex quo deliberat abñs esse, & sic potest defendi ista opi. 393 contra Im.& sequaces. Quinta fuit † dictõ Io.de Imol.hic, quæ est longior. §. Callim. q in effectu considerat duos casus, in quibus tenet, & ualet iudicium primus est qñ procurator ex parte accusatoris fuit admissus, & probauit plene crimen, seu delictum contra accusatum pñtem. Secundus casus est qñ pcurator interuenit ex parte accusati, & plene probauit innocentiam ipsius rei accusati cõtra ipsum accusatorẽ pñtem, & in hisce duobus casibus iudicium non redditur nullum, rõ horũ casuum est, qa licet hi pcuratores à principio admitti non debuissent; quia tñ repulsi nõ fuere, p eos crimẽ liquidatum fuit vr̃ q̧ sit ferenda snĩa,nec curandũ sit,q̧ alius diligentius, & curiosius liquidare potuisset, qñquidem sufficienter crimen sit liquidatũ. argum.l.Gallus.§ si eius de lib. & posth. quia 394 † undecunq; crimina clarescant, punienda sunt,c.in ecclesia 24 q.3.& suadetur hæc op. per no.per Bar.in l.posth. § si quis ex his,de inof.test. post Inn.in c.in nostra.de procur.& in c.causam quæ,qui fil. sint leg. ubi conclu- 395 dunt† q̧ ubi sententia lata pro uno ĩ causa in qua agens non petit sibi aliquid dari, uel fieri,sed solum aliqd fieri à iudice, uel declarari,prodest omnibus,& sic si feratur snĩa p 366 procuratore † accusantis pderit accusatori, & reip. & oĩbus,eod modo lata in fauorẽ procuratoris accusati. Sed ista dictõ non placet Aret.in d.c.ueniens,col. pen. quia licet in primo casu fuerit plene crimen liquidatum, ut condemnatoria sequi possit,& in secundo casu ẽt constet de innocentia rei, ut absolui possit,tñ non ur̃ in primo casu, ubi procurator fuit admissus ex parte accusatoris contra reum pñtem, q̧ possit plene constare de innocentia, seu nocentia ipsius rei, qñquidẽ si accusatus ipse pñs fuisset, ex eius sermone, & ex cõstãtia,& trepidatione, facile potuisse 397 deprehendi de innocentia ipsius rei, † & cõfutari calũnia, & fallacia ipsius accusatoris. eodem modo ex parte rei. Si reus fuisset pñs, ex cõstantia, & trepidatione potuisset crimẽ detegi, qđ ab eius abñtiam occultatũ, & celatũ fuit, & hoc saltẽ pcederet quo ad sumẽdũ aliqđ indiciũ, ob qđ potuisset torqueri, & ueritas erui,ergo stat semp firma illa potissima

tissima,& singularis ratio,ꝙ lex abhorret, ꝙ in abñtia accusatoris,uel accusati crimina di scutiant.Sed tuẽdo opi.Imo. põt dici,ꝙ prin cipalis rõ quare in criminalib. nõ possit interuenire ꝓcurator,uṙ illa potissimũ,ne iudiciũ elusoriũ reddatur.quæ rõ in hisce duob⁹ casibus ꝑ Imol.traditis cessare uṙ. cessat.n.in primo casu qñ procurator accusatoris plene ꝓbauit crimẽ cõtra reum pñtem cõtra quẽ snĩam executioni mãdari poterit, & ẽt cessare uṙ in secũdo casu, qñ ex parte ꝓcuratoris accusati. q̃a ex quo ꝓbatũ est de innocentia ipsius accusanti, poterit accusans, q̃ est pñs 398 cõdẽnari de calũnia,† quam calũniã uṙ cõ misisse eo ipso,ꝙ nõ ꝓbauit l. 1. C.de cal.& 399 ꝑfecto pro opin.Imol.† uṙ esse casus, ut ip semet dicit in l.quãuis.C. de adult. quẽ strictius induco.nã i princ.dṙ, ꝙ opportet.i crimine adulterii pñtiam accusatoris ꝓcedere, tñ q̃a constabat Materiam uxorem uiatoris adulterium cũ Iuliano cõmisisse mãdat Imperator Diocletian⁹ ipsam cõdẽnari,ex quo cõstabat de delicto,non obstãte exceptione, ꝙ citaret̃ uiator eius maritus.rõ est quia cõ stabat de delicto,& sic delictũ erat liquidatũ cõtra ipsam Materiam uxorẽ,& si dicat̃, aduerte q̃a tex. dicit nõ putamus uiatorẽ depu tatũ ad excubias limitis reuocãdũ. & sic uṙ, ꝙ ibi potuerit cõdẽnari Materiã uxor uiatoris.q̃a ipse uiator erat absens causa reip.sed ista nõ est potissima ratio illius l quãuis. Sed q̃a erat liquidatũ negociũ ex parte ꝓcuratoris. Itẽ cõstabat de cõfessione habita à Materia ꝑ tormenta,& erat cõclusum in causa.& istis tribus cõcurrentibus ualuit snĩa lata cõ tra dictam adulteram mihi tñ magis placet opi. Are. ꝙ non possit dici liq̃datũ crimẽ.& 400 ꝙ requirat̃ ꝓ̃sentia utriusque.†& ideo non uidet̃ recedendum à cõi snĩa, quòd iudicium sit ipso iure nullum .| Posset tñ saluari opin. Imol. in duobus casibus. Primo in casu. d. l. q̃uis. C. de adult. Itẽ qñ de crimine cõstaret ꝑ spontaneã cõfessionẽ rei ante quã nullã ꝑ 401 cessissent tormẽta, uel metus torturæ.q̃a† illo casu ẽt si totum iudicium esset nullũ.tñ possem ferri snĩa tanq̃ sup notorio, ut not. Innoc. in cap.qualiter, & qñ. de accusat. & Bart.in l. si confessus. ff. de cust. reo. & pro hac limitatione uṙ esse casus in l. ait prætor §.ꝓmittit̃ de min.quẽ tex.ſm Aret.in d.c. ueniens.dicit singularẽ Bal.in l.2.in fi. C. de re 402 iud.† nã cõfessus non põt opponere de ineptitudine libelli,nec de alio iuris ordine nõ seruato , & uṙ casus in c.pisanis.de rest. spo. 403 sed aduerte,† q̃a cõtra Are. uṙ casus in d.l. quamuis.ubi ẽt cõfessus per tormẽta nõ potest opponere ꝙ nõ potuit interuenire ꝓcuratorẽ.sed ibi ut supr. dixi,cõcurrebãt plura.

Paduæ.M.D.xxxiiii.Die.8.Iulii.

TRACTATVS

De potestate procuratoris, & defensoris in causis criminalibus, Secunda pars, & interpretatio in §. publice. l. seruum quoque. ff. de procur. Auctore Io. Antonio Rub. Alexãdrino.

SVMMARIVM.

1 *Personaliter comparere quis non cogitur in causis pecuniarijs,nisi subsistente iusta causa.*
2 *Procurator constitui non potest in causis capitalibus & num. 48. & an id sit perpetuum nu. 50.*
3 *Absens damnari non potest in causa capitali, etiam post litem contestatam.*
4 *Actio ciuilis, quàm criminalis intendi potest pro quolibet crimine capitali tam publico, quam priuato.*
5 *Pœna talionis ita militat in crimine priuato sicut in publico.*
6 *Causa censetur criminalis, ubi pro crimine pœna uenit applicanda fisco.*
7 *Intellectus ad hunc §. publice. & num. 12. cum seq. usque ad num 23.*
8 *Ratio dubitandi quare quis admitti non uidebatur ad allegandum causas absentiæ sine mandato.*
9 *Cautio iudicatum solui ab eo præstanda est, qui alium uult defendere,etiam si locupletissimus sit.*
10 *Defensor qui non satisdat,condemnari non potest.*
11 *Ratio decidendi cur quis admittatur ad allegandum causas absentiæ sine mandato.*
18 *Iudex debet ex officio suo inquirere ueritatem, etiam in causis in quibus lite non contestata proceditur ad diffinitiuam.*
19 *Intellectus ad l reos,C. de accusationi.*
20 *Procurator an possit interuenire, ut tantum prosit non et iam noceat.*
21 *Excusator an,& quatenus admittatur pro alio citra mandatum.*
23 *Reus absens ex iusta causa, potest à quibuscunque*

QVantae sit utilitatis, & subtilitatis huiusce modi. §. elicitur ex dictis Pauli de Cast. hic in 2. col. & Bald. in fi. sui cōmenti. Et aliorū quos citaui in l. pen. §. ad crimen. ff. de pub. iud. & ꝓ ipsius clariori intellectu est praemittendum: 1 † ꝙ principium huiusce. §. loquitur de causis pecuniarijs, in quibus quis non cogiť personaliter cōparere, nisi subsistēte causa l. fi. C. de proc. & c. 1. de iud. lib. 6. in quibus causis rīr procurator admitti potest. l. 2. §. usus. supra eod. in hisce tñ causis aliqñ quis cogiť per procuratorem comparere. l. pen. & auct. omnino. C. eo. tit. 2 † Versiculus uero nam & in capitalibus loq̃tur in causis capitalibus de quibus in l. 2. & in l. capit. ff. de poen. & in l. edicto. §. rei cap. ff. de bon. poss. quarū capitalium quaedā proueniunt ex iudicio publico, quaedam ex iudicio priuato, & in hisce causis capitalibus ꝓcurator constitui non potest, siue proueniāt ex iudicio publico, de quo loquitur tex. in l. pen. §. ad crimen. ff. de pub. iudic. & tex. ultra alios in l. de fide. C. ad l. Corn. de fal. & tex. in l. tunc conuenit. C. de accus. & in l. reos. eo. tit. de causa uero capitali proueniente ex delicto priuato posset intelligi tex. in l. 1. §. 1. & 2. rñso. ff. qñ cau. app. per alium agi po. q̃ non distinguit inter causam capitalem prouenientem ex iudicio publico, uel priuato, & cōis est ꝙ ēt in delictis priuatis, ut intra dicā procurator constitui non possit, & est notandum 3 † ꝙ in hisce causis capitalibus, ubi agiť de poena capitis absens damnari non pōt, ēt ꝙ sit lis contestata. l. 1. C. & ff. de req. reis. & l. absentem. §. 1. vbi Bar. ff. de poen. sed ubi q̃s non comparet perueni. ut ad annotationem bonorū, cuius formam tradit Bart. in d. l. 1. de requir. reis. Secundo praemittendum est. 4 † ꝙ pro quolibet crimine capitali, tam publico, q̃ priuato potest agi, tam ciuiliter, q̃ criminaliter. l. qui noīe. & l. hodie. ff. ad l. Cor. de fals. & l. fi. de pri. del. & de fur. 5 † & sicut de iure in crimine publico requiritur inscriptio ad poenam talionis, ita requiritur in crimine priuato. l. fi. C. de iniu. & d. l. fi. de prin. del. & ideo uidebimus infra, ꝙ ubi pro crimine, tam publico, q̃ priuato poena pecuniaria imponitur, siue poena sit applicanda parti, siue fisco, 6 † quo casu dr̄ causa criminalis. l. 3. ubi gl. Bar. & ceteri. ff. de sep. uiol. & tradūt. Mod. in rub. C. de iud. Et extra eodem, ꝙ in hisce causis iudicium per procuratorē agitari pōt.

Versi

Versiculus uerò tertius huiusce. §. intell'r in causis non capitalibus, ut in pœna relegationis,& remotionis ab ordine, & de aliis de quibus in l.cognit.de uariis, & extr. cog. & in l. moris.ff. de pœ. & ideo infra uidebimus, an in isto tertio gñe includitur pœna corporis afflictiua,ut qñ plebeus flagellis ceditur, uel fustibus subiicitur.iuxta l.cap. in princ. in 2. resp. ff. de pœn. Quartum genus causarum addit gl.in l.non solum.§.fi.infra eod. Quintum addit Alb.hic col.fin.de quo s'm eum loquitur tex.in l.sed & hæ.§.& patronus. ff.eo. & in l.non solum.§.fi.inf. eod. Sed tu dic, quod istud quintum genus satis includitur in illo gñe,quod æstimationem lædit,de quo loquitur tex.in l.pen.de uar.& extr. cog. Vltimo

7 præmittendum est,quod † tex.noster pluribus modis legitur, ut hic per Odofr. Alber. & alios plerosque antiquos,cõiter tñ recipitur intellectus glos.quod principium loquatur in causis pecuniariis.Secundum uero rñsum in capitalibus. Tertium in causis non capitalibus in quibus snia contra absentem ferri potest. Tu considera circa principium huiusce. §.in

8 telligendo eum † quod loquatur in allegãte causas absentiæ, quæ nam poterat esse rõ dubitandi,ad quod dic, quod uidebatur dicendũ, quod non dret admitti quis sine mandato, ex quo in hisce causis procurator cõstitui põt,& imputandũ uidebatur absenti,qui procuratorem non dimisit.l.absens.supra eo.uel saltem uidebatur, quod esset admittendus mediante cau-

9 tione de iudicato soluẽdo,† quam ẽt locupletissimus qui defendere uult præstare tenetur l.qui proprio. §. qui alium.ff. eo.& l.minor

10 etiam.eod.tit.†attento ẽt quia defensor qui non satisdat condemnari non potest.l. lib.in fin.de neg.gest.Contrarium tñ hic deciditur,

11 † quod à quocunque absens defendi potest:nec mirum,quia iura prędicta loquuntur, ubi qs uult plene defendere,& suscipere in se telam iudiciariam ,sed tex. noster loquitur de illis tantummodo,qui allegant causas absentiæ, ad quas passim etiam inhabiles admittũtur, ut hic dicit gl. magna ad finem. Circa sc'd'm responsum faciebat dubium, & uidebatur,

12 † quod ex quo in hisce causis remouetur omnis procurator,& defensor,qui plene defendere uult, debetur etiam remoueri quilibet alius defensor, qui causam absentiæ adducere intendit, per regulam quæ habet, quod à quo remouetur genus, remouetur q̃libet eius species.l.chor.ff.de leg.2.& l.1.ff.de suis & leg. Contrarium hic deciditur, & ratio decidendi est,quia in allegante causas absentiæ cessant rõnes prohibitiuæ constitutionis procuratoris,de quibus plene dixi in d. §.ad crimen.

13 † Circa tertium responsum faciebat dubiũ, quia uidebatur, quod etiam in hisce causis non capitalibus, ex quo per eas læditur hominis ęstimatio,non dret posse cõstitui procurator. arg.l.iusta. ff. de man.uind. & l.Iul. ff.si quis omiss.causa test.& l.si isti quidem.ff.quod metus cau.attento etiam quia tex.in l.1. in 1.& 2.resp.ff.quando cau. app. per alium agi po. uidetur solum uelle, quod in causa pecuniaria procurator constitui possit.ut patet ibi, sin autem pecuniaria sit.& ibi,sed si ea causa sit ex qua solet sequi condemnatio usq; ad relegationem,intelligendo quod dictio (usque) stet inclusiue ut Bart.dicit inf.col.2.Sed ratio decidendi colligitur ex una rõne, quæ adducitur, quod ideo in causis capitalibus procurator constitui non potest, quia sententia posset reddi elusoria,contra l. si prætor. ff.de iudic.

14 † Sed iste intellectus cõis non uidetur tutus per locum à sufficienti partium numeratione.nam intelligendo hunc tex.in princ. in allegante causas absentiæ,& eodem modo uersiculum (nam & in capitalibus) non uideo, quõ possit intelligi tex. in 2.respons.in allegante causas causæ,quia illa dictio (itaque)

15 est continuatiua præcedentium : † & ideo huic text. accõmodat sc'd's intell's per Mart. Syll.Iac. de Rau.& Pet. de Bellap. quos citat hic Bart. & hunc intell'm sequuntur Cyn. & Alb.in l.reos.C.de acc.sed iste intellectus nõ recipit cõiter ex duplici capite: & primo s'm Bart.quia uerba tex. huic intellectui refragari uñr,qñ quidẽ allegare cãs innocẽtiæ sit plenarie defendere.l.is qui reus.ff.de pub.iu.Sed tuẽdo hũc intell'm dici põt, quod satis dr excusare innocẽtiã ille,qui excusat abñtẽ à cõtumacia,qñ quidẽ cõtumax habeat pro nocẽte,seu delinquẽte.iuxta.l.omne delictum, in prin. de re mil. Secundo obiicit huic intellectui quia si iste ultimus uersiculus intelligeret de allegãte causas abñtiæ,decideret hic casus minus dubius. Si.n. quis admittitur in causis capitalibus ad allegandũ cãs absentiæ,longe magis, & minus dubie debet admitti in causis nõ capitalibus, in quibus absens cõdẽnari põt. Sed tuẽdo hunc intellectum rñderi potest, quod uidebatur dicendum, quod ex quo in hisce causis nõ capi-

alium in mã in quo singulæ auctoris qõnes ad utranq; partem examinent, & tandẽ suis cõfutatis argumẽtis, uera sequat cõclo, edere & editũ in lucẽ mittere statuti, in quo si quid ꝑperã dcm̃ fuerit, negare.n.nõ possum quin pleraq; dicã q iusta rephensione digna uidebunt, ut uerbis utar Aug. in lib. retractat. & recitantur in c. negare. 9. dist. correctorẽ beneuolũ patienter sustinebo, si uero aliqd subtilr̃ uel acute dcm̃ reperiat, id totũ bonitati, atq; clementiæ D.N.Iesu Xpi, atque eius Virginis Matris attribuatur. Porrò lectorem rogo ne prius iudicet, q̃ totum perlegerit. nã in plerisq. qõnibus leuiora ꝑmittentur fundamenta q uero urgentiora sunt in calce ponẽtur.

1 *Bona rei in crimine læsæ maiest. ipso iure an confiscentur.*
2 *Synodus tota sapientiæ legalis adesse dicebatur cũ Dynus aliquam decideret quæstionem.*
3 *Effectus consurgit fortior dispositione legis cum hominis concurrente contractu.*
4 *Feudum ea conceditur conditione, ut uasallo feloniam committente resoluatur.*
5 *Statutum in uno æquiparatorum in altero locum habet.*
6 *Priuationis pœnam si ipso iure imposita non constet interpretatio fit ut in ea requiratur sententia.*
Cognitio causæ requiritur in feudi priuatione.
7 *Reus læsæ maiestatis bonorum dominium ipso iure non perdit.*
8 *Feudum ob crimen læsæ maiestatis ipso iure non reuertitur ad dominum.*
Iudicare potest iudex contra communem opinionem casum legis non habentem.
9 *Feudum ipso iure ob feloniam non reuertitur ad dominum, culpa per sententiam modum coniuncta.*
Deus ex conuentione sua obligari posset.
10 *Contractus quidam in feudo esse censetur, ex quo ultro citroq. obligatio nascitur.*
11 *Consuetudo in principem disponens ipso principe maior est.*
12 *Princeps supremus uasallum feudo priuare nequit nisi per sententiam culpa conuicta.*
13 *Regulam pro se habens, intentionem fundatam habere dicitur.*
Regulis iuris tenaciter inhærendum.
13 *Interpretatio extensiua non fit in æquiparatis, nisi æquiparatio per modum regulæ facta sit.*
Extensio passiua æquiparatorum locum non habent in pœnis ipso iure impositis,
15 *Ius utrunque in suo debet obseruari foro.*
16 *Auctoritas dicentis non est attendenda sed ratio potius.*
Bartolus legistarum Idolum.
17 *Bona delinquentis uasalli, an applicentur fisco ipso iure, & hoc specialiter.*
18 *Causæ duæ lucratiuæ in confiscatione si delictum non possunt concurrere.*
19 *Dominiũ eiusdem rei ex pluribus causis eodẽ, uel diuersis temporibus concurrentibus quæri non põt*
Pœna priuationis nunquam ipso iure imponitur nisi in casibus à iure expressis.
20 *Dominus feudi qua lege obligetur ad non priuandum uasallum feudo nisi culpa conuicta.*
21 *Extensio in correctorijs nullo modo fienda, etiam ex identitate rationis.*
22 *Sententia requiritur ad feudi priuationem, etiam delicto existente notorio.*
Notorium pro sententia non habetur.
23 *Episcopus notorius homicida non deponitur absq; sententia.*
24 *Iudex de notorio crimine non potest condemnare, absque præcedenti citatione.*
25 *Confessio non sufficit, ubi scientia requiritur in pœnis executionem secum trahentibus.*

QVAESTIO I.

Et quidem 1. q. quæ in hac mã ponitur est, num v3 in crim. læsæ maie. bona rei ipso iure fisco applicentur, uel an sententia necessaria sit. Et cõcluditur ꝑ auctorẽ 1 tractatus ꝙ in crim. læsæ maiest. ipso iure bona confiscantur, nec opus est altera snia. Et allegat aliquos auctores ita tenuisse, & ultra eos præmissam conclusionẽ firmant Arch. & Io. An. in nouel. in c. felicis, de pœnis, in 6. ubi dicunt bona cõmittentis crim. læsæ maiest. effici ipso facto fisci, sicut bona ingredietis religionem efficiuntur monasterii, & idem ẽt tenuit Saly. Bon. in l. fi. C. de bo. proscrip. ubi dicit ꝙ in crimin. læsæ maiest. ipso facto bona committentis fisco applicantur. & uĩ probare tex. in d. l. quisquis, ibi omnib. bonis fisco nostro additis, quæ uerba cum ponantur in ptõ, non uĩ opus altera sententia, ut tradit expresse Bart. in l. 1. ff. ad l. Iul. de ui priuata, ubi facit drĩam, an dicatur bona sint publica ta uel publicentur, ut primo casu ipso facto committantur, & nimirum quia multa alia sunt specialia in hoc crimine, ut generaliter, crimen exceptum dicatur, ut tradit signanter Lud. de Roma, in l. si quis in graui. §. hi

quoq; ff. ad Syll. & qdam Mod. in l. de mino re. ad princ. ff. de qõ. & cũ praemissam sñiam tenuerit Dyn. de Mugello quem allegat auctor. cuius quanta sit auctoritas pulchre de eo cõmemorat Cy. in l. unica. C. de senten. q̃ 2 pro eo qđ interest proferunt. † quod qñ Dy. decide bat aliquam qõnem dicebatur adesse tota synodus legalis sapientiae tenuerit ẽt Io. Andr. in duobus locis à cuius opinione tanquam à fundamento iuris non esse recedendũ bellissime Bal. in qt in c cũ olim de re iud. fuit n. temporibus suis lumẽ mũdi, meruitq. hac salutatione põtificali decorari, bñ ueneris q lux mundi cognominaris, ut refert Ant de Prato ueteri in praeludiis ad repert. Bart. tenuit Arch. Paul. de Cast & Sal. uŕ haec opinio cõior quare amplectenda in cãrũ decisionibus l. una ibi sane apud ueteres crebior & c. ff. de off. consulis, & in c in canonicis scripturis 19. dist Bal. pulchre in l. fi C. de poena iud. qui male. iud. cum plerisque similib. uulgarib. & praesertim in feudo non uŕ hre dubitationem, ut tenuit Bal. & Card. Alex. in locis allegatis per tract. & sequitur nouissime Fran. Cur. in suo egregio opere feudo. in 4. par. in 3. reg. in 4. dubit. Et ad confirmationem huius opinionis ultra 3 praemissa adduco † quod ubi concurrit dispositio legis, & contractus hominis tunc fortior effectus resultat, ut eo casu ẽt casibus permissis, quod alias permitteretur prohibeatur, & econtra ut probat tex. in §. sanctissimas in auth. de alien. & emphy quem ponderat Ang. Imo. Alex. & Mod. in l filiusfam §. diui. ff. de leg. 1. Bald. in l. quoties C. de fideicom. & in l. 1. C. de pact. & põderauit ante eos gl. in c. uerum, de cõd. appos. & in simili quod dispositio hoĩs concurrẽs cũ dispõne legis fortiorẽ effectum reddat facit gl in §. oportet. in auth. de iud. colla. 6. & gl. quã ibi summae not. Ang. in auth. de exhib. & introduc. reis ad prin. coll. 5. & gl. in l. mulier § si quis rem. ff. de leg. 3. quod tradit Bar. in l. 2. §. fi. ff. de usuc pro empt. Bald. in l. 2. C. de usuca. quae pro liber Panor. in c. past. de app. cum si. In quibus locis cõiter concluditur ex concursu dispõnis legis, & hoĩs fortiorem debere induci effectũ, & semper hoĩs dispõnem aliquid ultra debere addere ad dispõnem legis. Quia in proposita qõne s. in feudo extat primum dispositio legis, ciuilis, quae uult bona committentis in maiestatẽ in 4 prĩcipis cõfiscari. † extat secũdo lex cõtractus feudalis, & sic dispositio hoĩs, ex qua feudum sub hac condõne datum uŕ, si uasallus fidelis sit, ut secuta felonia fiat resolutio, ut infra dicet, ergo nimirũ si illa lex cõtractus cõiuncta cũ l. scripta debeat operari ut ipso iure feudũ eo casu reuertatur. ubi alias sñia esset necessaria, & cũ Bal. q hanc sñiam tenuit, nõ habeat cõtradicẽtẽ, nõ uŕ ab eius opinione in practica discendendũ ut tradit Raph. Fulg. cõsi. 26. & dicit Alex in l. 2. in prin. col. 4 uers. in practica tñ tene mẽti, ff. de uulg. quod magna est auctoritas Bal. ubi non hẽt cõtradicentem, fuit enim uirtus iuris nostri. ẽm Lud. de Ro. conf. 480. incip. in casu proposito. & de eo in plerisq; consiliis mirabiliter exclamat eius germanus Ang. Et praesertim, qa ut dicit auctor tractatus, in crimine haeresis, quod ęquiparatur crimini laesae maie. ut ipse in sequentibus pluribus comprobat fundamentis, ita per ius canonicũ statutũ fuit, & in aequiparatis per legẽ antiquã hẽt locũ interpretatio passiua, allegat duas gloss. satis uulgares, sed in terminis melius facit gl. uulg. in c. si postquã §. fi. de elec. lib 6. glo. in l. 1. C. de cura. furio. & late tradit Alex. in l. Cẽturio. ff. de uulg. ubi per gl. alleg. 5 † & alia iura pro quadrata conclusione firmat, qđ statuitur in uno ęquiparatorũ hre locũ in reliquo ẽt si mã sit exorbitans à regulari dispõne, ut in pmissa qõne, & melius adhuc facit singula. tex in l. his solis de reuo. dona. ubi probatur punctualiter fieri extensionẽ pęnae priuationis ipso iure de casu ad casum pp illorũ aequiparationẽ qđ procedere uŕ ẽt si lex esset odiosa, & uteretur dictione exclusiua tm̃ gl. sing qua ibi summe. Saly no. in l. fin. C. de reuo. dona. Mod. Pap. in auth. non licet. C. de lib. praet. uel ex haer. & not. Angel in l. lege Corn. ff. de iniur. cũ si. & facit ẽt optime c. cũ dilecta. de cõfir. utili uel inuti. ubi probatur quod ẽt in exceptis põt fieri extensio propter aequiparationem, & ideo licet casus. c. cum ẽm. sit exceptus à communi regula propter aequiparationem, potest extendi ad casus similes.

Sed hisce oĩbus nõ obstãtib. in secreto, & ueritate iuris. cõtraria cõclusio tenẽda est, & pro eius fundamento adducuntur tres regulae 6 quadratae iuris. prima gñalis † quod uidelicet ubi non apparet expresse pęnã priuationis ipso iure impositã, semper interptatio fit, ut in ipsa priuationis pęna imponẽda, requiratur sñia & nõ fiat ipso iure, ut tradit gl. in c. qcunque in uerbo innodetur de haeret. lib. 6. glo. in c. in pęnis, de reg iur. co. lib. & in c. cupientes. §. si uero

si uero.in uerbo,punitus,de elec. eod. lib. late Mod.Cano. in c.si diligenti.de fo. cõpe. & formalius Bal. in auth. qui semel.C.quõ. & qũ iud,ubi dicit ꝙ lex in dubio nõ dr̃ damnare quę ipso iure,sed ꝑ sñiam iudicis l.1.§.calũniatores.ff.ad turp.subiiciens,& fortius ꝙ ubi lex disponit quẽ priuari cã cognita priuationis,ẽt si lex diceret priuari ipso iure. tñ semꝑ reqrit priuatiua sñia, arg.l. de qua re. ff.de iud.& sine dubio in ista priuatione feudi reqrit causæ cognitio. c.1. de feudo sine culpa nõ amit.cũ si & sequit in terminis ꝓpriis pr ueritatis.Alex.cõs.134.incip. omissis superfluis. col.2.uol.1.& nouissime Ias.in l.3.§.pe.ff. ꝙ quisq; iuris in alium statue. & ĩcõfiscatione ꝙ nõ fiat ipso iure sed ꝑ sñiam tradẽ textualiter in l. aufertur §. in reatu.ff. de iur.fis.cum suis concor. prout late deducunt Doct.in l. post cõtractum. ff.de dona.

7 Secũda,& spãlis regula est † ꝙ in crim. læsæ maiest.ipso iure reus nõ ꝑdit dñm bonorũ, licet statim ĩterdicatur ei a lege administratio,& iõ antequã bona ex eo delicto cẽseãtur fisco q̃sita,opus est sñia.tex. est rotũdus in l. q̃situ.ff.q.& à q̃bus manumis.lib.q non põt calumniari q a punctualiter loq̃tur. ꝙ ante sñiam reus ꝑduellionis remanet dñs bonorum.Aduerte,ꝙ illa lex q̃situm dicit in rõne dubitationis qm̃ dñs est, tamẽ postea decidit dñm qui commisit crim. læsæ maiest. non posse manumittere,quod posset si esset dñs, saltem fauore libertatis, q̃ est ualde fauorabilis.l.liberras.ff.de reg.iur.iõ ille tex. nõ bñ ꝓbat,nec est formalis ut dicit auctor. Imò habes ꝙ post cõmissũ crimẽ bona à fisco uẽdicãtur.l.eorũ.& l.fi.ff.ad l.Iul.maiest.Ideo fiscus erat dñs ẽt ante sñiam,adeo ꝙ hr̃ ratio fructuum.à die commissi criminis.glos.sing. in auth.de incest.nup.in uers.imminere coll. 2.quam Bal.ponderat in marga. in uers priuatio.& uide Barb.cõs 70. ubi Christus. col. 18.& seq.in 4.uol alia uide q̃ addidi ad d.l. quisqs.P.Rebuffus. Et ꝑ illũ tex.firmat Bar. in locis allegatis ꝑ auctorem. & idẽ Bar. in l.post.cõtractum.ff.de donat.dũ alle.dic.l. q̃situm,allegãtur ẽt alia iura.l.fi.C.ad l. Iuliã maiest.in uerbo.punitus, & ibi firmant formalr̃ Cy.& Bart.expresse in d.l.qsquis. Ioan. de Imo & alii in d.l.post cõtractum,& cõiter Doct.in l.ex iudiciorũ.ff. de publ. iud. Ang. Are.ẽt prædictam conclusionem firmat in tractatu maleficiorũ suꝑ gl.tu hai tradito la tua patria.& idẽ sentit Maria.de Senis in cõs 22.in 1. uol.hanc cõclusionem formalr̃ & ꝑ

8 literas grossas firmat ẽt in feudo. † ꝙ ꝓpter crimẽ læsæ maiest.ipso iure nõ reuertatur. Card.Flor.in consil.128.incip.in q̃one q̃ uertitur inter Andr.1.col ad fin. & seq. & est cõmunior sententia,licet præfatus auctor uoluerit contrarium asserere,& licet non haberemus Doct.firmantem hanc opin.tamẽ tex. in d.l.quæsitum est ineuitabilis.& ideo superflua ẽ disputatio, & oĩs dubitatio ex quo habemus text.ut dicit Bald. in l. cũ antiquorib. C.de iure delib.& facit l.ancillæ. C.de fur. & propterea alibi dicit idem Bald.in quodã suo consil.incip.præponitur.in 2.uol. ꝙ in causarum decisionibus non per uarias opiniones scribenciũ,sed ꝑ sillicatas uias textũ incedẽdum est,unde idem Bald. in ca.1.§. iud.de pace iur.firm.admonet iudices ne in dubio à tex.& à regula recedant,& ideo etiam contra cõem opinionem permissum est iudicare si illa nox habet casum legis, ita Ant.de Butr. in c.tua nos.col.2. de usur.refert, & sequitur Barb.consil.10. uol.2.& cum per legem ciuilem ita decisum sit,ẽm illam feudalis materia cum contrarium per feudales cõsuetudines nõ reperiat cautũ regulari debet.tex. singularis.in c.1.in fi. de feu.cogn.Quia perquirantur oẽs feudales cõstõnes,non reperietur tex.qui decidat cõtrariũ ergo lege ciuili utẽdum est,ẽm quam,ut prædixi.in crimine læsæ maiest. est expressum reum perduellionis ante sñiam bonorum suorũ retinere dñium.

9 Tertia regula in materia feudali traditur † ꝙ uidelicet feudũ propter feloniã cõmissã non reuertitur ipso iure ad dñm nisi conuicta culpa per sñiam .c.1.in princ.& §.si uasallus.si de feud.fuerit controuer.inter dom. & agnat.uasal.& in c.1. de feudo sine culpa nõ amitter.non .n.põt diuestire uasallum suum ẽt Imperator. & Rex q̃cunque, nisi causa cognita,& conuicta culpa, quia licet principi Deus subiecerit leges, & tributa, non tñ subiecit ei cõuentiones, & cõsuetudines feudales q̃bus ligatur.& ita pulchre Bald.inq̃t, in c.1.de nat. feu. per tex. ibi. & idem Bald. in l.princeps ff.de leg. & in c.1.de proba.nã,& Deus ex cõuentione obligaret. ut idem Bald. inq̃t.in l.1.ff.de pact. & ideo Panor.in c.q̃ in ecclesiarũ,de cõst.dicit ꝙ nõ creditur uerbis principis attestantis feudatarium delictũ fecisse ꝑꝑ quod priuandus est quia si id dice

temus facile posset euacuare oēm cōtractū cum eo firmatum.qđ esset cōtra l.Cæs.ff. de publ.† in feudo.n. est qdam contractus in quo ultro citroq; nascitur obligatio.c.de forma.22 q.5.& l.liber.hō.ff.de uerb obl.& q̃a de nā feudi est ut nō auferatur nisi cū causæ cognitione d.c. 1.de feudo sine culpa non amit.ſm Panor.in d.c.q̃ in ecclesiarū,cū quo ibi Mod.transeunt. & idē tradit in apostillis suis in cle.pastoralis.de re iud. in fi.& Lud. Rom.cons.352.incip.q̃ritur primo, ad fi. iō Bald.signanter dicit. in c.1.de nā feu.ꝙ princeps non pōt infringere feuda q̃ concessit nisi conuicta culpa,& ꝙ consuetudo ī hoc dat nām,& eam assignat cōtractibus feudalibus. & ideo refert de Imperatore Fed.I. q̃ fecerat cōe Papiæ comitē in certis castris ꝙ nec ipse nec eius successor pñt diuestire uasallū nisi cōuicta culpa,& ideo signanter dixit Bal.in auth.oēs peregrini.C.cōm.de succes. ꝙ ex quo cōsuetudo feudorū dictat ꝙ prīceps nō possit priuare uasallos nisi prius per pares iu dicētur indigni.certe non poterit Imperator statuere contrariū,& quasi abusiuas facere di 11 gnitates. † q̃a consuetudo q̃ disponit ī ipsū principē maior est ipso principe.Idē Bal. ī c. 1.§ 1.uers.q̃ro nunq̃d, de noua forma fidel. ubi ēt dicit ꝙ cōsuetudo feudorum cēsetur ius nāle,&elegātius Bal.in c.1.§.q̃a uidimus uer. q̃ro nunq̃d Imperator.in tit. qui feu. dare poss.decidit post gl. ꝙ Imperator nō pōt diuestire uasallum nisi cōuicta culpa;assignat rōnē,q̃a bonæ,& nāles consuetudinee ligant principes;quia potentius est ius nāle q̃ principatus,& q̃a in ore principis firmior debet esse ueritas, alleg.in lib.Esdræ. & q̃a non decet principem reuocare suū beneficiū.ex qui 12 bus resultat firma cōclusio, ꝙ nec† prīceps supremus ī mā feudati commissa felonia pōt uasallū feudo priuare nisi per sñīam conuicta culpa,&hoc ꝓpter legē contractus, qua ipse ligatur,& ultra traditur ꝓ regula, ꝙ ubicunque in feudis fit mētio de amissione feudi propter,feloniā intelligitur culpa conuicta & in iudiciario ordine,& nō aliter.ita signāter Bal.in c.ceterū.de ind.Idē Doc. in §. quicunque,de pace tenen.ꝑ tex.ibi.refert, & seq̃tur Ioan.Baptista de S.Seuer.in rep. c.1.de feu. cogniti.qđ indubitanter ꝓcedit respectu agnatorū,q̃a illi nunquam priuantur nisi per sñīam probata,& conuicta culpa. ita signanter Bald.dicit.in c.1.§.nulla.ꝑ quos fiat inuestit.ubi dicit unum qđ est magis singulare,quod ad priuationem feudi requiratur exautoratio de inuestiendo, ut si ꝑ annulū fuerit inuestitus,deannuletᷣ.sicut in clerico ante quā possit puniri ꝑ seculare iudice , degradatio,& in milite exautoratio,q̃a opus est actu retro simili.alle.l.ab emptione.ff.de pa. cum simil.quod expressius firmat, & exclamat Ioan.Bapt.in suo cōmen.d.c.1.de feu.cogn. ex quo sequiᷣ ꝙ antequam deinuestiatur uasallus nō censetur feudū reuersum ad dñm.

Succedit nunc, ꝙ cū habeamus tres regulas quadratas ,iuris ꝓbatas quæ ēt loquunᷣ in Imperatore qñ felonia contra eum commissa est,habemus intentionem fundatā. ut tradit gl.ordinaria in rub. de rog. iur. in 6. Bar.in l.quoties.ff.q̃ satisd.cog & in l.2. col. 2.ad fi.ff. si q̃s in ius uoc.non ierit. Bal. in c. 1.col.3 de alie.iud.mut.cau facta. Panor. in rub.extra ut lite non cōt.& bñ ꝓbat tex.in l. suus quoq; uer.puto ff.de de hære.inst.& ī c. uenerabilibus.§ fi. uer.pōt quoq;.de sentē. excom.lib.6 q̃bus iuribus trita est doctrina 13 † ꝙ habens pro se regulā dr̄ intentionē hr̄e fundatā adeo qđ dicens aliquem casum excipi à regula teneretur ꝓ̄cise illum probare, & hoc est qđ dicebat Spec. in ti.de off.iud.§. 8 uer f.5.qđ stare oīno debemus regulæ qñ casus aliter non reperi exceptuatus. & propterea signāter dicit Io.And.ī c.salubriter de usu.ꝙ nunquā a regula textuali dēt discedi q̃ aliquam exceptionē nisi expresse ostēdaᷣ tex.pro limitatione regulæ. & probatur formalr̄ in c.2.de coniugio læproso.& in c sane 15.q.3. un̄ regulæ tenaciter inhærendū est , sicut Bononiēses adhærēt carocio.ita gl. singularis licet unlg.in l oīs diffinitio ff.de reg. iur.& Bal.in.c.1.§. indicee,de pace iur.fir. ad moneo,inq̄t uos iudices ne ī dubio à tex. & à regula recedatis & idē Bal.in l.1. C.de sac. san.eccl.in uers.sed q̃ro qđ in deportato. & ī l.si rut.C.de seruo pigno.dato manumissio dicit ꝙ tenaciter regulus inhærere debemus.nisi aliq̃d spāliter,& expresse inueniaᷣ & ide Salyc.in l.si hoīem.ff.mādari.ubi inuehit cōtra dimittentes regulas.nisi pro limitatione habeant tex.& iō cum Bal.uoluerit sine tex.formare exceptionem crim lęsæ maiest.retroquendum est in eum.qđ ipse dicit de gl in l. reipublicæ.ff.ex q̃bus causis maio. quod ipse loquiᷣ ex capite suo,quia sine lege.& iō Andr. de But.de Bal.dicit in c.cōsultationibus.de iu

te patr. ꝙ pletūq; dicta Bal. carent neruo rōnis,& legis,& iō nō est illis multū adherēdū ꝓsertim cū ipse dicat expſſe contra tex.formales iuris,& ēt ut per pmiſſa patet ꝙ aliter sē sit in multis locis,& in effectu ista est uera,& indubitata conclusio, qdquid dixerit auctor tractatus,salua pace dixerimus. Nec obstant fundamēta q̄ ꝙ contraria part. fuerūt adducta. Et primo quū allegatur capitulū cū fm de
14 hæreticis. † Rñdetur ꝙ anteq̄ in æqparatis passiua extēsio locū habeat, reqritur ꝙ æquiparatio sit facta ꝑ modū regulæ, ita tradit c. legāter Matthæus de mathesi.in tract.extensionis,quē sequitur Ar.t.in §.ius ciuile,inst. de iure nāli gentiū uel ciui Decius nouissime in c.trāslato. de const. Or.ut infra dicetur crimen læsæ maiest.& hæresis nō æqparantur ꝑ modū regulæ.Secūdo rñdetur,& perēptorie ꝙ in pœnis q̄ imponūtur ipso iure,illa extensio passiua æqparatorū nō habet locū ēt ꝑꝑ identitatem rōnis,ita signanter uoluit Ioan. And in reg.odia,de reg. iur. in 6.firmat,& sequitur Bal.in l.de quibus 6.col ff.de leg.& expresse in crim.læsæ maiest.tradit Soc.consil. 275.incip.in cā fratrum ad fi.5.col.in 2.par. Tertio rñdetur quod deberet esse æquiparatio facta per oīa, ita ꝙ oīno eadem militaret ratio,antequam fiat extensio pœnæ,ita g'o. no.in c.1.in uerbo,sane, de uoto in 6.& in c. constitutus,in uers.prorogamus, de reg. eo. lib.& firmat expresse in hoc crimine Socy in cōs.al egan. sed ut infra dicetur nō ē æqparatio ꝑ oīa inter hæc duo crimina, sed est longū discrimen,igit.&c.Quarto, & perēptorie qa spāliter contrariū reperitur decisum per ius ciuile in d.l.qsitum q̄ loquitur in casu in
15 diuiduo,† & sic utrunq; ius debet obseruari in foro suo,nec n.ius canonicū ēt expresse legem ciuilē corrigere posset,nisi in cōcernētibus forū aīæ,ut late traditur in c.fi.de pscr ꝑ gl.in reg.possessor.de reg.iur.in 6.gl.in c.2.de arb.in 6.Doc cōiter in c.cū esses,de test.Nec obstat c.primū de noui oper.nunc.ubi traditur ꝙ ius ciuile dubium ꝑ ius canonicū declaratur,nam minor deficit,qa cū habeamus casū legis rotūdū,q̄ non reperitur aliquatenus correcta per aliā legem nouā, non est dubiū,& hoc est qđ dicit gl.singular.in auth.de non eligendo secundo nubentes.§. 1.col.2.q̄ dicit ꝙ superuacuo dubitabat Imperator,cū esset casus legis alleg.l.ancillæ.C. de fur.quare sublatū est fundamentū principale auctoris in hac mā.Nec obstat auctoritas Io. And & aliorū,quia dicendū est cum Aug.in canoego solis 9 dist.&c. Et cum tex.in §. sed neq; ex multitudine auctorū l.1. C. de ueter. iur
16 enuclean. † & qa in dicente non auctoritas sed rō pōderāda est ut dicit Hiero.sup Hieremiam,& ꝓbatur in cano.f m 19.dist.ubi dicit Cardi. in cons 78.ꝙ nunq̄ Io. And.uoluit in opin.cedere nisi inq̄tum urgebat rō.& habemus contra eum auctoritatem Bar.q̄ non est minoris pōderis, imò longe maioris in foro Cæs.in quo eius opinio ut idolū solet adorari ut refert pulchre Bal.de 80.& Rap.Cuma. in auth.nisi breuiores.C.de sent. ex breuiculo recitandis, & dicit Ang. consil.204.ꝙ tremēs aderet dicere contra opin.Bart.cū fuerit lucerna,& speculū iuris,& refert Io.Bapt de S.Seuerino in tract.de modo studendi ꝙ opi Bar.in foro deficientibus legibus obseruatur ꝑ textu, & multa de eo cōmemorat Fran.de Curte in cōs.56.col 4 quæ opinio melius est fundata,q̄ ēt tenuit Bald.ut dixi,qui non est modicæ auctoritatis: tenuerūt ēt plures alii Doc.legistæ supradicti,ita ut cōior sit, qbus mag s standū est in prato Cæsaris,& in his q sunt iuris ciuilis arg gl singularis in cano ut ueterum 9 d & expresse Philip.Dec.in c.1.de cōst.dicit ꝑ illam gl.ꝙ magis opin.Bar.in iure ciuili standum est qui opin.Io.And econ-
17 tra. Ad fm fundamentū† qđ uidelicet in feudo sit spāle ut bona uasalli cōmittentis ipso iure applicētur fisco,eo.qa dupliciter principis psona offendit,& qa facilius aufert dñiū utile,q̄ directū,eo. ꝙ qlibet res facile ad primæuā nām redeat,rñdetur ꝙ istud fundamētū est ualde debile primo, qa ꝑista limitatione nō allegatur aliq. tex. expssus,nec in simili.qđ tñ esset necessariū attento ꝙ habemus regulas ī contrarium. Secundo dñs feudi est opus ꝙ deligat ex qua cā uelit feudum acqrere,nam respectu fisci pœna dr cā lucratiua pariter reuersio feudi respectu dñi feudalis, licet ꝑꝑ ultionē iniuriæ reuertātur ad dñm, quia nihil sibi abest de pœna,qđ dicatur ei se cā lucratiua,ꝓbatur in l.multarum,ibi cōpendia de modo multarum.C. & ex rōne legis in summa,& l.qđ placuit,de iure fisci.ff. & in rub.C.de pœ.fiscalib.creditores præferri.lib.10.& est text.in auth.de nup.§. si uero altera colla. 4. in reuersione autem feudi ad dñm licet non proprie causa lucratiua dicatur,dr tñ quasi lucratiua,ut dicimus in actio

ne noxali l. apud Celsum.§.si quis aũt .ff.de doli mali,& metus excep. q̄ oĩno, ut ibi tradi 18 tur.æquiparatur causæ lucratiuę. † Quia suc cedit in delictis duas causas lucratiuas in cõ fiscatione concurrere non posse, ut expresse tradit Bar.in l.Mæuius.§.duorum testam. de le.2.& ꝑpea licet duplex qualitas concurriens in persona offensa delictum aggrauare uidea tur,qđ & ex lege feudi,& ex lege ciuili puniri põt,tñ quia illa duplex qualitas non reponit delictum in diuersis speciebus, & ubi ita esset una lege duntaxat, cum ex utraque executio quantum ad priuationem feudi fieri non pos sit,agendum est iuxta tradita in l. senatus ff. de acc. ubi Barth.& in l.nunq̄ plura ff.de pri ua.delictis.& in l.si gemina.ff.arb.fur cesarũ Sal.plene in l.qui de crim.C.q acc. non pos. Bal.in l q sepul.C.de sepul. uiol. ubi dicit qđ duplici lege pœna in executione imponi nõ põt allcg.l.p:or edixit.§.1.ff.de iniur.& idem tradunt cõiter scrib in l.quicunq; C. de seru. fug.& coadiuuatur ex regula tradita i l.in nu merationibus.ff.de sol & in l. 3. §. ex plurib. 19 ff.de ac q.pos.ubi traditur† ꝙ ex plurib.causis eo. uel diuersis tꝑibus cõcurrentibus dñium eiusdem rei quæri non põt, & præsertim in causis lucratiuis quarũ ꝓhibitus est concor sus l.inter stipulantẽ.§.pe.ff.de uerb.obl. ubi late Doc q alleg. concor. & sic cõcluditur ꝙ necesse est ex altera duntaxat, & non ex utra que coniuncta inferri debere ad perditionẽ, & confiscationem bon. feud. Or qualibet cã separata,ut dictum est,illud non operatur.igi tur,&c.imò,& si utraq; cõcurrere posset,nõ reperit iure cautũ,ꝙ cõcursus duplicis causæ operet priuationẽ dñii ipso iure,& pœna pri uationis ipso iure nunq̄ imponitur nisi in ca sibus à iure expressis,ita tex. formalis ad pro positum in auth. de nõ eligendo secundo nu bentes §.cũ igit,uer.sinaũt non ualuerit, ibi, nec qualibet est lex aliquid tale dices, col.2. quẽ ponderat Bal.in auth. ex testamento. C. de secun.nup.& bonus tex.in l.& si quis §.di uus aut ff.de religi.& sum.fune.gl. quam ibi 20 Pan.dicit singularẽ in c.fi. de iure patro. † & multa congerũt Mod.in c.qrelã,de iureiur.q̄ uideri possunt.Imo placet retorquere funda mẽtũ adductũ ꝑ auctorẽ cõtra eũ,nã dũ ipse se fundat in l.contractus feudalis, illa (ut su pra pluribus rõnibus cõprobatũ est) operat, ut dñs sit obligatus uasallo ad non disuestien dũ,nisi culpa cõuicta,& maiorẽ causæ cogni tionẽ adhibere teneat ꝑ legẽ cõtractus feu dalis cui subiicit, & sic anteq̄ ad eã priuat.o nẽ deueniat,ad causæ cognitionẽ adhibendã maiori uinculo est astrictus, ut supra late di ctũ fuit, ẽt i Imperatore cõtra quẽ nõ est du biũ quin q̄s incurrat læsæ maie. crimen.Nec obstant iura q̄ ultra auctorẽ supra deduxi, ꝙ uidelicet in pœna priuationis fit extẽsio ꝑ rõnis identitatẽ,nã,ut supra dictum est, hoc non habet locum in pœna priuationis q̄ ipso iure imponit,& iura allegata loquuntur in re uocatione donationis q̄ fit ꝑ uiã actionis tũ ẽt q̄a non militat, ut in sequentibus dicetur, oĩno eadem rõ in utroque crimine, hæresis uidelicet, & læsæ maiest. cum longe grauius sit diuina, q̄ humanam offendere maiestatẽ, ut infra subiicit, tum ẽt quia induceret cor rectio l.quęsitũ, & in correctoriis ẽt ex iden- 21 titate rõnis non debet † fieri extensio gl. in auct.quas actiones C.de sacrosanct.eccl.late Doc.in l.si constante,ad princ.ff. sol matr.& facit gl in c.cupientes §.qđ si per 20.de elect. lib.6.cũ similib.Non obstat pariter aliud fun damentũ eiusdem auctoris, dum dicit ꝙ res de facili reuertitur, &c. nam licet suã rõnem cõprobet Alex.quem ipse non allegat in l.cũ mulier. ff.sol.mat. ubi uoluit ꝙ in ꝑmã feuda in qua agitur de amissione dñii utilis solum, facile fit extensio,quia facilis est reuerso,&c. tñ salua pace tanti Doct. dixerim confundit ex doctrina singulari Barth.in l.2.C.de fund. patr.lib.xi. ubi dicit ꝙ ita difficilis est ablatio uel priuatio dñii utilis sicut directi, & excla- mant oẽs in l.Gallus § quid si tm̃ si de lib & posth & per illud dictum Bar. reprobat dictũ Alex.Ias.de Mayno.in l.cum quidam ad fi. 4. co .ff.de lib. & posthu.ex quib. oĩbus præmis sis quadrata seqtur conclusio, ꝙ ẽt in crim. læsæ maiest.cõmisso contra principem dñm feudi, feudum non reuertitur ad dñm feudi ipso iure,sed requiritur sententia, quod præ sertim respectu agnatorũ, ut supra dixi alle- gando Bald in §.nulla in fi.tit. ꝑ quos fiat in uestitura,non habet aliquod dubiũ, & ita in trepide tenendum puto quidqd dixerit auct. 22 Ex quibus ẽt correlarie infertur † ꝙ cum requirat sentẽtia ad priuationẽ feudi ẽt si de lictũ esset notorium non poterat procedi ad executionem,licet.n.dicat Inno.in c. ex par te,de uerb.sig.ꝙ in notoriis debet potius ꝓ cedi exequendo q̄ condemnando, & Bald in c.ad nostram,tertio,de iureiur.dicit ꝙ in no-

toriis ordo est ordinē non seruare, tñ anteq̄ ad id deueniat,& pœna censeat imposita,re quirit q super illo notorio interueniat sn̄ia usque adeo q notorium non sufficit,ubi req ritur sn̄ia maxime in mā priuationis, ita ex presse in materia feudali tradit Bal.p tex ibi in c.unico,qualiter dñs feudi ꝓprietate priue tur,ubi dicit formaliter notorium non habe ri pro sn̄ia,& in materia criminali q requirat sn̄ia,nec sufficiat notoriū expresse dicit Bald. in l. fi.per illum text.C.de male. Et ideo di cebat Bald.in l.si maritus C. de do.inter uir. & uxo.& in l.nam ita diuus ff.de adep.& in l. 23 cum fratrem,C.de his quibus ut indig.q †li cet episcopus sit notorius homicida, non tñ debet deponi siue sn̄ia,& iuris ordine non ser uato,& dicit Bal.in c.ad nostram: in 3 col.de iureiur.q etiā in notoriis pars est citanda,& sn̄ia est ferenda,q in eis ēt requirit talis qua lis causæ cognicio, qa sn̄ia debet ferri de fa cto,ad qđ allegat,c.cum sit Rom.de appel.Et l.ea quidem.C.de acc.Et ꝓ hac opinione mea ultra prædicta adduco gl.cōiter approbatam in c.euidentia,de acc.quę expresse dicit quod super notorio sn̄ia est ferenda. & idem dicit Bal.in l.cum fratrem,pręallegata,& firmant Mod.in l.si uero.in § qui pro rei qualitate,ff. qui satis.cogan.& Ang.multum no.in l.liber tas,in §.fi.ff.de sta.hom.ubi dixit quod si sta tutum dicit quod condemnatus de maleficio possit impune occidi quærit qd si non est cō dēnatus,sed crimen est notorium, an poterit impune occidi,& dicit ut q sic,qa notorium æquiparat sn̄iæ,ut in l.emptorem.in prin.ff. de act.emptio.unde in notoriis ꝓceditur exe cutiue.i pōt incipi ab executione,ut in l.ictus fustiū.ff.de his qui not.infamia,& not.Inno. in c.statuimus de offic.deleg.& in c.ex parte in Xpo.de uerb. sign. ueritas tñ est in contra riū.dicit ibi Ang.qa hoc notoriū nō æquipa rat sn̄iæ,& dicit q ꝓ hoc est casus in l quicun que.q est lex fin.C.de malef.& mathe.qđ di cit esse notorium,ꝓ quo facit qđ uoluit Bal. in l.presbyteri.la prima,in 3 col.ibi secundo 24 quæro.C.de episc.& cler.† ubi dicit q licet iudici sit notorium,tñ non ꝓcedit ad condē nationem,nisi citet,qđ dictū refert Fel in c. cum olim.in 8.col post me de re iud.& ultra adduco decisionē Bart.in l.decem ff.de uerb. oblig.Lud.de Rom.& Iac in l.fin ad prin.ff. si cer.pet ubi dicunt qđ licet non sit opus dis cussione,ubi notorium est debitorem nō esse

soluēdo,tū requiritur sn̄ia, per q̄ declaretur ita esse.& adduco tex.singularem quē nullus Mod allegat.in c.cum dilectis,§.his igitur,de purga. cano. in uerbo nimirum si crimen notorium existebat, non erat illi indicenda purgatio, sed in eum condemnationis sn̄ia promulgata,& ibi lucerna iuris canonici Io And.dicit not. q hic est text. q ēt in notoriis ferenda est sn̄ia diffinitiua.nec sufficit solum præceptum iudicis, etiam si reus confiteatur statim ex quo destruitur altera conclusio au ctoris,dum dicebat q confessio operabatur effectum sententiæ ut bona censerentur con 25 fiscata ipso iure.†nam & in pœnis secū tra hentibus executionem,confessio non sufficit ubi requirit sn̄ia,ut tradit gl.in c. super eo,in princ.de test.& in c.denique,de excep.& pro batur in l.3 § lege.ff.de test.& in l.q ad statū. ff.de pœnis & in l.qui iud.ff.de bonis eorum qui mortem sibi consciuerunt,& in l fi con fessus,ubi Bart.plene, ff.de custo. reo. & ope. & Bal.quos allegat auctor, nunq̄ dixerunt il lud ad quod ipse eos allegat, sed loquuntur duntaxat qđ rōne confessionis pœna efficit transitoria ad hæredes. sed q ꝓpea bona ip so iure confiscentur sine sn̄ia.nunq̄ dixerunt aliqd,& infideliter referunt per auctorē tra ctatus,salua sua dixerimus honorificētia, ut uerbis utar tex.in cano.neq; 9.distinctione.

1 *Feudum an dicatur nouum,uel antiquum,si ua sallus feudo priuatus ipsum recuperet.*
Debita per propositionem reformata non amplius censenda sunt hæreditaria.
2 *Res semel alienata, & per hæredem recuperata,pe nes ipsum esse censetur ex noua causa.*
4 *Aedificium radicitus destructum,si readificetur, omnino nouum dicetur.*
Princeps rem suam infeudando de nouo,legem quā uult dicere potest.
5 *Feudum iuxta principis uoluntatē regulari debet.*
Verba quæ in concessionibus principum ponuntur, plene intelligi debent.
Restituere quid sit.
5 *Restitutio quæ fit ad bona est plenissime interpretā da.*
6 *Princeps facere potest ut factum pro non facto habea tur.*
7 *Feudum quod restituitur, ex quadam subrogatione antiquum esse censetur.*
8 *Feuda quo ad alienationem ad instar rerum patri monialium sunt redacta.*

Quæst. 2.

QVAESTIO. II.

SEcunda quęstio quæ se examinandam offert est,† num uidelicet si uasallus feudo priuatus fuerit, & postea restitutus, feudum recuperatum dicatur nouū uel antiquū, ĩ qua qōne auctor tractatus allegat iura ad utranq; partem, & satis plene tangit mãm, sed ego considerandum puto, an uidelicet feudum fuerit ueraciter acquisitũ dño ꝑ realem apprehensionem post snīam latam ēt ex ueris probationibus, & tunc si per uiam gratiæ fieret restō cum alteratione qualitatũ substantialium, & non constaret ex uerbis ꝙ princeps uelit iure feudi antiq cōcedere, tũc sine dubio ꝓcederet auctoris cōclusio ꝑ iura q̄ ipse adducit, ultra q̄ facit qđ singlr dicit Ang. in consi. 31. incip. do. Philippus. ubi pulchre dicit, ꝙ debita reformata per cōpositionē non dñr amplius hæreditaria, qa renouata causa nō dr hæreditaria & sic primæua alleg. l. cum hæreditas. ff. ad Treb. & idē tradit pulchre Aret. in cons. 168. inc. in qō proposita, col. pen. & facit bene text. in l. si à me. ff. ad l. falc. quam auctor seq. qō ad aliud propositũ allег. ubi ꝓbatur† ꝙ res semel alienata, recuperata per hæredem, dr esse penes eũ ex noua causa, eo qđ semel exiuisset dñium suum & ibi Bar. & Alex. inferunt ad qōnem de emphytheuta alienante, & postea recuperante, &c. & optime quadrant tradita ꝑ Bal. & alios in l. ab emptione ff. de pactis. quã Io. Rayn. ꝓ hac opinione adduxit. ubi dicũt qđ ubi ē semel facta traditio, & translatum dñium. si post disoluat̃ ille cōtractus. cẽset̃ esse nouus cōtractus, ut & noua gabella debeat̃, & ita ēt tradit Bal. in l. si prædium C. de ædiliti actio. Bald. & Ang. in l. iurisgẽtium. § adeo. ff de pactis. & idem Bal. & Sal. in l. 2. C. qñ liceat ab emptione discere cum similibus. Et in simili solet dici ꝙ qñ ædificium oīno destructũ est tũc dicet̃, si reædificet̃, oīno nouum ædificiũ ut late tradit Ias. in l. ius ciuile allegata ꝑ auctorem & latius in repetitione l. quominus. ff. de fluminibus, & pmissa sine scrupulo ꝓcedũt qñ princeps nō est usus uerbo, restituo. sed si uerbo restituo, usus fuerit, tunc ēt post apprẽsionem feudum dr antiquum. Ad hoc dicendum moueor primum † ꝙ princeps in feudando rem ēt de nouo, pōt dicere legem quã uoluerit, & ꝭm eius uoluntatē regulabitur nã feudi, ut pulchre Bal. inquit, in consil. inc. sanctiss. & illust. Regina, qđ est positum inter consilia Ang. cons. 110. idem Bal. in c. 1. de alienatione feudi paterni, & in ca. 1. in pe. col. an agnatus uel filius. Iac. Alb. post Iac. ar diso. in c. 1. de uasallo decrepitę ætatis, & in c. 1. de grad. b. succedēdi in feudo. tenuit et hanc opin. And. de Iser. in c. 1. de contr. feudi apud pares terminanda, eam ēt sequit̃ Mart. Laud. & Card. Mediol. in c. 1. de aliena. feudi paterni. Alex. cons. 30 inc. quoniam oē datum optimum, col. 2. uol. 1. & cons. 56. inc. ꝓspectis, 14. col. in 4 uol. & cōs. 10 circa 10. col. 5 uol. Franc. de Aret. cōs. pen. in l. si mihi. & Titio, ff. de uerb oblig. in qb. locis late cōcludũt, ꝭm principis uolũtatē feudũ regulari debere, ut ēt si sit nouum ex uoluntate principis possit haberi ꝓ antiquo, nimirũ, qa princeps potest immutare substantiã actus, ut dicit gl. sing in c. 1. de capell. monacho, in 6. ad eã aũt uoluntatē principis colligenda, maxime uerborũ tenorē, & uim considerare debemus, & ꝭm uerba dispositionem regulare, ut ꝑ multa fundamenta, q̄ refert laboriosum esset, cōprobari Franc de Curte cons. 48. & cōs. 49. ubi plenissime loquit̃. † & uerba maxime in principiũ concessionis apposita, debent plene intelligi l. si de præp. agentiũ in rebus, lib. 12. l. si qñ de bon. uac. lib. 10. C. succedit nunc ꝙ uerbũ restituo, ex sua propria signōne significat repositionē in pristinum statum oīno, textus quadratus in l 2 §. restitutus, ibi, restituere uĩ qui in pristinum statum reducit, ff. ne qd in loco publico, & tex. aureus in l. uideamus, § in fauiana. ff. de usuris dicit ꝙ plenissimam signōnem habet uerbum, restituere, ut ꝑ nō facto actus restitutus habeat̃, ut ꝑ restōnem casus pro non aduento reputari debeat, & facit uulg. l. quod si minor. §. restō. ff. de min. & text. in l. 1 in fin. C. de senten. pas. & rest. & in l. princeps, ff. de uerb. sign. & in §. cum aũt, ibi restituti fuerint, inst. qui. modis ius patriæ potest. soluitur, & in l. 2. ff. de natal. resti. & in l. 1. C. de iure aureorũ annulorum, uerbum. n. restō, latissime patet, l. restituere. ff. de uerb. signif. l. in condemnatione, §. 1. & l. cum prætor. §. 1. cod. tit. & facit cap. uenerabili. in uerbo, plenarie, de off. del. & text. in cap. pisanis, de restit. spol. & melior text. in l. Lucius, §. 1. ff. de administr. tutorum, ubi restitutio facta ad bona plenissime interpretat̃, ut extendatur etiam ad acti ones quæ nunq̃ fuerunt in bonis, & tradit Bart. in l. fin. C. de sen. pas.

ubi dicit, ꝙ plenissime debet restitutio inter pretari Ang.& Mod.in l fi.ff.de const.princi pum,& pulchre Ant.de Butr.consi.20.col.2. Siq; cũ uerba pmissa habeant plenam signa tionẽ remittendi oĩa in pristinum statũ, prin ceps illis utẽdo nouiter non cõcedere,sed pri stinã inuestituram suscitare uoluit,qa cũ ſm uerba psumatur eius mẽs,cõstat ꝙ de nouo uoluit cõcedere,quod maxime procedit ubi sunt apposita uerba,put tui antecessores te nuerũt,quæ uerba faciũt ut princeps iure feu di antiqui cõcedere uoluerit,ut late deducũt scrib.in locis alleg.& pro hac opinione est bo nus tex.coniuncta gl.in l.filio quẽ pater.ff. de lib & posthu.ibi,sed antiq redditus,& ibi põ derant oẽs Doct & bonus tex.coniuncta glo. & ibi ponderat Paul. de Cast. in l. peculium §.fi.ære.ff.de pecul.& oẽs post gl.in d.l quod dicit allegata p auctorẽ.ff.de impensis in re bus dotalibus factis,& pbatur in d.l.filio.de liberis,& posthumis,ꝙ ẽt ubi facta esset exe cutio habeat locũ maxima pmissa,nã ibi loq tur tex.de filio emancipato,qui reuera exiue rat patriam potestatẽ,& effectualiter,& tñ si arrogetur,dicit tex.ꝙ nõ de nouo in patriam potestatẽ assumi,sed antiquæ patriæ potesta ti redditus uidetur,& tñ nõ est dubiũ qnoĩno semel exiuisse,& ita in proposito esto qđ res feudales oĩno per apprehensionẽ reuersæ es sent ad principem,tñ restituendo non de no uo dedisse,sed ablatũ feudum reddidisse uide tur,maxime qñ utit uerbo,restituo,quod hẽt hanc plenam signationem. Nec obstat l. ab emptione.ff.de pactis,in qua est fundat opi. Io.Rayn.quẽ allegat auctor contra,nam rñ detur,ꝙ princeps põt hic facere,& fingere in mã feudali ẽt nouum feudum hñi pro anti quo,imo ut dictũ est p uerbũ,restituo,uidet ueste,ꝙ cõfiscatio habeatur pro nõ facta,

6 †& nõ est dubium qn princeps possit ẽt quantũ ad effectus pteritos facere quod factum pro non facto habeat,gl.singularis in clem. 1. in uerbo,pro infectis, de immu. eccles. text. in c.is qui.de spõs.& matr. & tex.in clem.1. de cõcessio.præb.in fi.quare concludendum pu to,ꝙ qñ princeps utitur uerbo,restituo quod plenissimã habet signationem,ut infra latius dicetur in 4.q.adiiciendo maxime hæc uerba prout tui antecessores.feudum restitutum ẽt post apprehẽsionem censendum est feudum antiquum,& non nouum, & maxime qñ ap prehensio non fuit effectualis per incorpora tionem,nec aliquid facit reseruatio quæ fie ret p principem in aliqbus iuribus quia licet spãliter aliqd fuerit reseruatũ, non p hoc de rogatũ uidet aliis qualitatibus,q̃ alio modo, & alia uia includũtur,ut not.dicit Sal.in l. de crimine.in 2.opp.p illum tex. C.de accus. fa cit tex.in l.1.& quod ibi no. Bal. C. de diuer. rescr.unde Doct.in restõne loquentes dicunt

7 † ꝙ feudũ restitutũ censet esse antiquum ex quadã subrogatione,quia de iure qñ una res subrogatur in locum alterius,q̃uis in aliquo discrepet,in aliis sapit naturã eius in cuius lo cum subrogatur.ita signanter tradit Paul. de Cast.in cõs.129 incip.licet ista dña Liza,col. fin.uers.nec obstat , & formaliter ad casum nostrũ adduxit.ita firmans Phil.Dec.cõs.53. incip.placet mihi. circa princ.2.col. & ultra pmissa allegat decisionẽ magis expssam,Soc. in l.Gallus.§.ẽt si parente. ff.de lib. & posth. ubi formaliter dicit ꝙ licet apponat aliquod pactũ contra naturã feudi in inuestitura, tũc alteratur nã feudi cõsecutiui pacti duntaxat, & nõ in aliis,& ibi alleg.optima iura.nec est uerũ,ꝙ uerba apposita in restõne, pro te,suc cessoribus tuis,& hñtibus causam a te, alte rent feudi naturã,quia illa uerba in nullo alte rant naturã feudi,qppe cum ex consuetudine gñali Franciæ,de qua in seq.quæst.late dice-

8 tur feuda quantum ab alienationẽ sint reda cta ad instar rerũ patrimonialium, expressio eius qđ tacite inerat p consuetudinẽ non al terat naturã feudi,nec aliqd ĩmutat l.fi. C.de fideiuss.no.in l.cũ quo.ff si certum peta. & la te legitur,& notatur,in l.3. ff.de leg.1.& ita hac rõne in simili concludebant consulendo de uerbis pro se,& descendentibus in infini. tũ,&c.Ias.de Mayno, & Ambr. de Opizo. in causa illorũ de Beccaria,put eos refert cõsu luisse. ita ut pdictum est collegiũ Bonon. in cons.suo posito inter cõsil. Franc. de Curte. cõsi.l.ad princ. 6.col. ubi ẽt approbat pmissã maximã,quare illa uerba exprimentia quod ex natura rei inerat,nõ potuerũt naturã feu. di alterare,imo remãsit reuera feudum anti quũ.Nec obst.arg.de adiectione qualitatis, quia ut supra dixi non operatur ultra conse- cutiua pacti. ne impedit quo minus in aliis sortiat naturã antiqui feudi.& ita concludo.

1 *Bona eius qui crimen læsæ maiestatis commisit subiecta restitutioni fideicommissi an ueniant in confiscationem.*

2 Alienare

2 *Alienare prohibitus, an possit delinquendo bona fideicommisso subiecta in fiscum transferre.*
3 *Vasallus ita testari potest de bonis feudalibus atq; de allodialibus.*
4 *Vasallus qui subinfeudauit alteri si felloniam committat, an feudum reuertatur ad dominum.*
5 *Delictum uasalli commissum in personam domini quando agnatis praeiudicet.*
6 *Vasallus legē contractus faudalis euertere nō pōt.*
7 *Contractus feudalis est innominatus, à consuetudine, & non à iure ciuili inuentus.*
8 *Sententia contra condemnatum lata quando substitutis noceat, & alijs ius praetendentibus.*

QVAESTIO III.

TErtia quaestio quę in hac materia proponitur est.† 1 nam si bona cōmittentis crimen laesae maiest. sint subiecta restitutioni fideicommissi, uenient in confiscationem. in qua qōne tenuisse locutus est auctor, salua sua pace dixerim primum adduxit in medium, ꝙ in crimine laesae maiest. quae non pn̄t transire in haeredem extraneum, transeant in fiscū, & allegat aliqua iura quae faciūt formaliter in cōtrarium. nam est tex. formalis in l. eos. ad l. Iul. maiest. ff. q̄ non reperitur in hoc correcta, q uult ꝑ literas grossas iura patronatus quae non transeūt in haeredem extraneū, nō transire in fiscū in crimine laesae maiest. & est tex. rotūdus in l. iura. ff. de iure patron. bene uerū est, ꝙ d. l. quae dicebant iura patronatus reseruari filiis, sunt hodie correctae, eo qa filii sint effecti incapaces ꝑ l quisqs, & ita loquitur gl in his legibus, & ēt Bart. sed ꝙ transeant in fiscum nō est uerū imò potius libera renẽ liberti à iure patronatus, ita formaliter tradit Bald. quem ibi seqtur Alex. in apostil. in illa l. 1. C. de bon. lib. & seqtur ibi Saly. qn̄ uidelicet tale ius patronatus non ꝓueniebat ex ꝑsona patris delinquentis, sed ex persona antecessorū, & est lata dr̄ia inter illa iura patronatus quae non pn̄t filiis incapacibus acquiri, & inter ius fideicommissi quod debetur agnatis, q non pn̄t effici incapaces ex delicta 2 agnati† unde ꝓhibitus alienare expssa, uel tacite non uẽ delinquendo in fiscū potuisse bona subiecta fideicōmisso trāsferre tex. formalis in l. Imper. ff. de fideicōmissa. liber. uel saltem per iura quae auctor deduxit unr̄ debere trāsire cum onere suo, & traditur ēt in l. cum pater, §. hęreditatē, de leg. 2 expresse loquens in fideicommisso, illa rōne, ꝙ bona illi subiecta non pn̄t transire in haeredem extraneum, qd' non transeant in fiscum ꝑ multa iura, & auctoritates quas allegat, concludit Alex. in cōsil. 68. incip. opportune cōsideratis, 2. & 3. col. uol. 3. rōnes suas lōgum esset transcribere, uideri pn̄t, ultra illa iura facit quia qn̄ fit translatio ēt in poenam legati de una ꝑsonā in alterā illa semper fit cū onere suo. l. Caio. in prin. ff. de alimen. & cibariis lega. ubi not. Bar. idē Bar. in l. legatum. ff. de adimen. lega. Confirmatur, & maxime qa in Gallia feuda sunt redacta ad instar rerū patrimonialium, ut dicit Petrus Iacob in libellis suis in titu. de cōdōne ex mori, & uoluit Ioan. Fab. in auth. ingressi. C. de sacr. san. eccl. & hanc ēt consuetudinem Franciae generalem refert Ias. in l. de qbus, ff. de legib. ubi dicit,† 3 ꝙ ultra montes consuetudine gn̄ali obseruatur, ꝙ possit qs de bonis feudalibus ita testari sicut de allodialibus, subiiciens id ꝑ consuetudinē introduci potuisse. allegat Bal. q h. d. in c. 1. ad fin. princ. q. pen. de successione feudi. & idē not. Doct. in c. significauit secūdo de rescr. cum simi. succedit, ꝙ ubi una res redigitur ad instar alterius, in se suscipit qualitates, & condōnes rei ad quam adaequatur ita ꝓbat tex. not. in l. 1. §. 1. ff. si quid in fraudem patron & tex. in l. illud in princ. ff. de donatio. causa mortis, & late tradunt Doct. in l. 1. ff de leg. 1. & pulchre, Bal. in l. oia. C de epis. & cler. qn̄. n. una res efficiẽ ad instar alterius, ut fit bona situ do, necesse est qualitates quę īsunt uni inesse alteri text. pulcher in l. in testō ff. de cōdō. & demon. Sicq. uiderẽ cōcludēdū, ꝙ sicut in rebus allodialib. fideiōmissum non extinguitur ꝑ cōfiscationem, ita nec in ꝓposito in bonis feudalibus q̄ ad instar rerū allodialium, saltē quātum ad alienationē redacta sunt. Confirmatur, & fortius ex eo quod signāter tradit Ioan. Fab. in §. fi. inst. de usufr. & Io. Rayn. in c. imperialem. §. illud, īn tit de ꝓhibita feudi aliena. & Frid.† 4 Vbi quaeruut de qōne si uasallus subinfeudauerit alteri, & postmod ū primus uasallus cōmittat feloniā an feudum reuertaẽ ad dn̄m, & primo dn̄t, ꝙ uẽ, ꝙ sic, qa resolutio iure datoris, &c. allegant l. lex uectigali fundo, ff. de pig. post. modū distinguēdo, dn̄t, ꝙ aut dn̄s consensit, aut nō, si cōsenserit nō est dubium, ꝙ non reuertiẽ, aut non cōsensit, & tunc reuertitur, nisi is q habet ius à uasallo, q̄ commisit feloniā sit paratus seruire

priori

priori dño,& ab eo feudum recognoscere, ex quo sequit̃ in ꝓposito ꝙ ubi agnati qb. feudũ ex fideicõmisso debet, essent parati seruire priori dño,& ab eo recognoscere feudũ, ipse tenet̃ illos adimere, nõ obstante felonia cõmissa ꝑ decisionẽ alleg. q̃ opponit gladiũ ad radicẽ, quam sequit̃ Iac. de S. Georgio in suo opere feudorũ in uerbo dictiq. uasal.i.ad fi.3.col.& principio sequentis, qd̃ oĩno sine dubitatione ꝓcedit ubi uasallus postmodum restituit̃, qa tunc secundus uasallus q ius suũ amisit in cõñam ex resolutione iuris datoris, in cõñam recuperat ius amissum, modo non fuerit in aliũ trãslatum mediũ tp̃e, ita signãter tradit Iac. de Bel. in c.1. in tit. hæc finit lex cõtradi. deinde cõsuetudines regni incipiũt. quem refert,& sequit̃ Iac. de S. Georgio in loco allegato,& p̃sertim ubi nõ sunt descendẽtes, in quo casu feudũ debet applicari agnatis & non reuerti ad dñm, ẽt si fellonia in eius ꝑ 5 sonam commissa fuerat, Et iura q̃ dicunt† ꝙ delictũ directo in ꝑsonam dñi cõmissum prę iudicat agnatis debent intelligi stantibus descendentibus, tunc n. qa descendentes qui tit. hæred. deberent habere, capere non possunt, tñ quia proximiores sunt,& excludunt agnatos,& ipsi excluduntur a dño, nimirũ si dñs excludat tunc agnatos, qa si uinco uincentẽ te. Secus ubi non sunt descendentes, tunc.n. agnati quibus iure hæreditario feudum non obuenit,& sunt capaces debẽt admitti excluso dño, hanc opin. mediã tanq̃ ꝑ distĩonem, alias ad concordiam reducentem amplexus est,& in ea ꝑsistit Iac. Alb. in c.1.§ fin. in 2. cõclusione in ti. q̃ fuit prima causa beneficii amittẽ & est æqua opinio, & tanq̃ media distinguens sequenda l. adeo.§. cum quis. ff de acq. reum do.& ita eam firmat,& sequitur Franc. de Cur. in d. cons. 49. circa fin. consilii dicens, ꝙ est æqua opinio, & ideo his casib. concludendum est feudum non reuerti ad dñm. fateor ꝙ ubi p̃missa cessarent, uerior uideret̃ conclusio ꝙ fideicõmissum extingueretur,& ad id dicendũ moueor primũ qa testator duntaxat sibi,& hæredi suo legẽ imponere põt,& nõ dño feudi, ut uidelicet feudũ nõ euertat̃ felonia cõmissa ꝑ eũ q uasallus erit pro tp̃e, non potuit.n. testator nisi successori suo legẽ imponere, ita Bal. in l.2. C. de usucapio. ꝓempto. Confirmat̃, qa nõ est in p̃tate 6 † uasalli legẽ cõtractus feudalis euertere, ex qua ab initio feudũ sub ea cõdõne datũ ẽ, ut si uasallus fidelis sit, ut si ĩgratitudo cõmittatur, feudũ ad ipsum dñm reuertat̃,& hoc modo ꝑ concedendum conditionarũ,& ideo nõ possunt alii agnati de hoc cũ iustitia conqueri, qa traditioni rei suæ põt unusqq; apponere legẽ quã uult. l. legem C. de pac. Ista ergo est quædã lex tacite apposita traditioni feudi.& istud est qd̃ uult dicere tex. in d c. 1. §. fi. q̃ fuerit prima causa benef. amitten. in illis uerbis, ut habeat dñs hanc saltẽ suæ iniuriæ ultionẽ, subintelligit̃.n. in cõcessione feudi tacita condõ, si primus cui fit concessio,& oẽs ab eo descẽdẽtes, erũt grati uersus dñm, arg. l. cum qs. ff. de sol.& l. stipul. ff de iu do. ergo quam primum aliqs ex descendentibus primi inuestiti cõmittit ingratitudinem contra dñm, cessat tacita condõ, sub qua feudũ fuit concessũ, ideo non est ĩconueniẽs ꝙ feudum ad dñm reuertat̃ arg l. 1. C. de dona. q̃ sum modo. Et hanc rationẽ formalr̃ assignat Franc. de Cut. in suo opere feudorũ. in 5. parte in principio,& eandem rationem assignat Sal. in l.2. C de liber.& eorũ lib. Bal. in l. leg. 12. tab. C. de legib. hær. ubi dicit ꝙ agnati priuantur ꝑ ꝑ legem contractus, & idem Bald. sentit eandem rationẽ in d. c.1.§. fin. q̃ fuerit prima causa ben[illegible] amitten. ubi ẽt dicit ꝙ ista reuersio fit ex l. contractus. Et confirmat̃ 7 & fortius,† nam contractus feudalis est quidã innominatus contractus, est.n. contractus inuẽtus à consuetudine,& non à iure ciuili, nunq̃.n. fuit cognitus ciuilibus romanis, qa si cognouissent, habuissent illum exosum, qa quandam seruiturẽ sapit. ita Bal. in c. q̃ in ecclesiarum. de constit. Quia omnes contractus quos cõsuetudo inuenit, ut cõtractus feudi, qa nomẽ usuale habet magis adhærent contractui innominato q̃ nominato, ita Bal. in rub. C. de rerum ꝑmuta. Idẽ Bal. in l. fin. 1. q. C. quãdo liceat ab empt. disce. Idẽ Bal. in c. fi. col. fi. de causa possessio.& ꝓprie.& sicut̃ quidam contractus contrerpectiuus quales sunt contractus innominati, uidelicet do. feudum ut facias. i. ut sis fidelis. & ideo ubi ex parte uassalli non adimpletur cõtractus ex capite causæ non secutæ, repetit̃ res, succedit ꝙ ubi ex lege prioris cõtractus introducit̃ illius resolutio, omnia onera medio tp̃e imposita tolluntur. tex est quadratus in l.3. ad prin. ff. quib. modis pignus uel hypothec. solui. tradit expresse Bar. in l i. dié. ff. de aqua plu. arcen.& in l.2. ff. de in diẽ addictione. cũ simi.

Et iste rões sunt longe magis urgentis,quã quæ ꝑ auctorem deducuntur,tñ,ut dixi,non procederent in casibus ꝑmissis, debet ēt tem perari ꝓcedere hæc cõclusio,qñ sñia lata cõtra uasallum fuit lata ex ueris ꝓbõnibus, secus si ex ficto cõfessione insurgẽte ex cõtuma cia,& bãno,†licet.n.sñia lata cõtra cõdẽnatũ noceat substitutis,uel aliis qui põt ptendere ius in cõñam,ut probat ĩ l.cõtr.ff.de re iudic. & tradit Bart.in l.in diem.de aqua plur· arc. & sequuntur oẽs in l.filiusfam.§.diui,de leg. 1.nec requiritur illorũ citatio,per tex.singularem in l.1. §. denunciare , ff. de uentre in possessionem mittendo,tamẽ moderatur qñ ferretur sñia ex ueris probõnibus, secus si ex ficta confessione resultante ꝑꝑ contumaciã, uel bannum,ita formaliter tenuit Bart. in l. cum filius,ff.de uerb.oblig. quem ibi cõiter oẽs sequuntur,& idem tenuerunt Dynus , & Rayn.in l.1.per illum tex.ff.qñ ex facto tut. Bal.& Saly.in l.1.C.ne filius pro patre. Alb. de Ros.in opere statutorũ.q.258. Nellus de S.Geminiano in tract. bannit. in 2. parte. q. 34.& probatur optime in l.qui repud. ff. de inoff.testam.quem ad hoc deducunt Imol.& Alex.in l.sep. de re iud. & multa cõgerit Fel. in c.cum Bertal.eod.tit.Secundo deberet tem perari,& intelligi ubi uidelicet agnati,essent citati saltem ꝑ proclama gñale, secus si nullo modo , quia tunc non præiudicaret.ita tradit Bart.in extrauaganti,ad reprimẽdum. in uerbo per edictum Bald. in l.si eo tꝑe, C. de remiss.pig.Ang.in l. si per lusorio ad prin. ff.de app. Soc.in d.l. cum filius, Mod. repet. in d.§.diui.& est cõis conclusio,quam in pro pria mã feudali firmat summus feudista Andreas de Iser.in c.si uasallus.in titu.si de feud. fuer.contr.inter dñm,& agn.uas. ubi concludit.ꝙ si feudum antiquum erat pœnes vnum de agnatione,sententia contra alium lata nõ nocet aliis agnatis nullo modo citatis,& ita in hac quæstione concludo salua cuiuslibet rectius sententiis correctione.

1 *Fideicommissum quod semel per confiscationem extinguitur,an reuiuiscat si restitutio sequatur.*
2 *Iniuria pacto sublata,pacto subsequenti non potest reintegrari.*
3 *Beneficium ciuilitatis quod per bellum aufertur,pace subsecuta belli remotiua redintegratum non cẽsetur.*
4 *Restitutio sui natura in statum pristinum reponit omnia.*
5 *Ciuis quia restituitur semper ciuis retro fuisse fingitur.*
6 *Exhæredatio per patrem facta eo ipso extinguitur, & reuocatur cum causa illius inductiua remouetur.*
7 *Restitutio omnia in pristinum reponens statum ad personas extenditur quę in principalis consequentium puniuntur.*
8 *Restitutione secuta actiones contra restitutum reuiuiscunt.*
9 *Filio capti ab hostibus ante patris reditum obeunte,fingitur pater reuersus retro filium habuisse in potestate.*
10 *Restitutio etiam in tertij præiudicium retrotrahitur in iure sibi quæsito.*
Mens concedentis colligitur qualis fuerit ex uerbis supplicationis.
11 *Princeps in dubio præsumitur usus iure communi, non gratia speciali.*
12 *Qualitas accidentalis quando magis attendatur quam naturalis.*
13 *Feudi natura alteratur per uerba pro te,& successoribus &c.*

QVAESTIO IIII.

QVarta qõ nunc se offert, an v3 † fidei commissum semel per confiscationem extinctum,secuta restõne reuiuiscat,& hanc quæstionem ultra deducta per auctorẽ ad utranque partem examinare statuti, & ꝑ parte negatiua ꝙ ius fideicõmissi extinctum non reuiuiscat,accedit primũ iuris cõclusio q̃ habet ꝙ subsequens dispõ ex intellectu nõ inducit repetitionẽ eorũ q̃ in prima dispõne sunt d.l. per retentionem C. de usuc.l.si tibi certam.ff.de adim.leg.l. cum patet.§.pr certam.ff.de leg.2.cum sim.Secundo quia si qualitates adiectæ dispõni primo durãti non pñt intelligi repetitæ in dubio in dispositione 2.in quã illius primo tunc durantis facta est translatio.l.nouatione.ff.de nouat.l.labeo.§.fi. ff. de arb.l.si cum hermes. C.locati.l. Valer. ff. de præt.stip.cũ sim conñs est ut multo minus qualitates onerosæ hmõi adiectæ feudo quas superueniens felonia totaliter extinxit non intelligantur repetitæ in hac restitutione sequenti In quam non põt uideri translata defuncti liberalitas inductiua fideicõmissi oĩno extincta per cõfiscationem.Tertio probatur, quia id renouatum quod de ꝑ se non est causa fidei

sa fideicō.missi non pōt inducere eiusdem fideicō.missi iam extincti renouationē ad hoc tex.ad propositum ualde notabilis licet uulgaris. in l. si unus. §. pactus ne peteret. ff. de pac uers sed si pactum † dicens iniuriā pacto suolatā non posse pacto subsequenti reintegrari,& subijcit rōnem formalē sic. non.n.ex pacto iniuria nascit, sed ex contumelia. ita igit in ꝓposito nro ipsum fideicōmissum qđ non inducit prin.ipis beneficium, sed uoluntas defuncti, non debemus dicere reintegratū ex restōne. Quarto qa est notissima iuris regula qđ sublatio causæ præcedentis actus sublatiue de ꝓ se solū actū iam sublatū non reintegrat, sed opus est nouo cōtractu qnque uolūtario, qnq; coacto, ꝓut sunt casuū diuersitates, ut patet in l. si qs acc. ff. de cōd. ob cau. & in l. metū. §. ex hoc edicto. ff. qđ met. cau. l. ob eū. ff. de pscrip. uer. & in l. cum mora, ẽm unum intelim̃ C de transact. posset ēt ad id adduci mā. l. qui res. §. aream. ff. de sol. l. inter stipul §. sacr. ff. de uerb. oblig. l. deferre. §. fin. cum l. seq. ff de iure fisc l. quod in rerū. §. fi. ff. de leg. 1. cum sim Quinto adduco aliud fundamentum magis uit ingene in simili quod punitur in l 2. C. de lib. & eorū lib. ubi probat † ꝙ beneficium ciuilitatis ablatum ꝓ bellū, subsecuta pace remotiua belli non censetur reintegratū, quam ita ponderat Lud. de Ro. cōs 459. incip in ꝓposita consultatione. & est bonus tex. in l. cū seruus. ff. de alim. leg. ubi legatū extinctū ꝓ alienationem facta de re legata, nō reconualescit eadē re ꝓ testatorem recuperata, cur non obstat ꝙ cessante cā &c. nā ex quo extinctio semel opata est suū effectum non debet recōualescere fideicommissum, licet postmodū cesset cā extinctiōis. tex. no. in l fi. ff. unde. lib. ꝑ quem dicit Bart. in l. Titia §. Imp. ff. de leg. 2. ꝙ donatio reuocata ꝑ superuenientiā lib. rorū, nō reconualescit, licet postmodū tollat causa extinctiua, ut pote, qa filii suspecti decedāt superstite parente. Sexto, & ult. adduco decis. Ang. formatā in illa l deb. C. de sen. pass. ubi dicit intendo ad legē, qui res § aream. ff. de solutio ꝙ illa lex tertia intellr uln bona transierunt in fiscum cū onere suo, qa tunc non censetur oīno extinctum debitū, & ideo nimiū si ad illa restitutus teneat ad debita a cōtrario sēcit, ꝙ ubi bona nō trāsissent cū onere suo, ꝙ tuc restitutus reincideret in pristinam obligationē, & hæc sunt q̃ reuera iud. meo nō parū astrigūt.

Quibus tñ non obstantibus, quæ reuera nō obstant, cōtraria cōclo uerior, & tutior de iure uī, & accedit primum † quod restitutio sui nā omnia reponit in pristinum statum ꝑ iura quæ supra deduxi in 2. q qua rōne fidei cōmissum extinctum ꝑ confiscationem, suscitari per restōnem. decidit expresse Lud. de Rom. qui non est leuis auctoritatis, in cons. 247. incip. primo dr. ad prin. 2. col. Secunda facit, quia restitutio æqparatur fictioni post liminii, & retrotrahit & perinde hri debet, ac si nunq̃ felonia esset cōmissa. tex. optimus ad propositum in l. si quis filio hær. §. pen. ff. de iniusto rupto irrito facto test. & quod restitutio retrotrahatur. firmāt expsse Ang. & Imol. in l. si alienū. § . in extr. ff. de hæred. inst. & ibi clarius Paul. de Cast. post. Bal. ubi dñ ꝙ ubi restitutus bona recuperat simplẽ restitutio trahit retro, nisi agatur de præiudicio tertii licet Bart. cōtrarium senserit in d §. pen l si qs filio exhær. & hanc sniam ꝙ oīno retrotrahatur firmat solēnis doct. Car. Rui. in rep. §. & quid si tm̃. l. Gall. de lib. & posth. Tertio adduco in simili dec. Rog. de Per. in cons. incip. punctus Paulutius. posito inter cōsilia Bald. cons. 74. in 5. par. ubi dicit† ꝙ restitutus eius semper fingitur fuisse retro ciuis, eo quod restitutio retrotrahatur, & idē sequitur Franc. Tig. in cons. seq. pro quo al. legat bon. tex. in l. arist. ff. de man. test. ita, & uassallus remissa felonia retro semꝑ debet fingi fuisse fidelis. Quarto facit, quia iura in alium translata quæ fuerūt ablata cōdēnato ministerio iuris duntaxat secum restōne recuperant, ut est tex. formalis. in l. siue patr. in princ. ff. de iurepatr. ꝙ tex. in l fi. C. de sent. passis & firmat Bal. in d. §. & qđ si tm̃ idem Bald in c. dño Guerram. in tit. hic finitur lex Corr. & idem Bal in tit. de pace const. in uerbo priuil. & oēs nemine discrepante in d. §. & quid si tm̃ & tñ eo casu ius respectu condemnati erat omnino extinct. & maxime in casu l. fin. C. de sen. pass. ubi filius per deportationem pris omnino erat exutus á patria pōt & tñ illud ius iam extinctum in præiudicium tertii, quia duntaxat ministerio legis sine facto hoīs per restōnem suscitatur si igit respectu condemnati restitui suscitatio iuriū extinctorū locum habeat, a fortiori quātum ad alios qppe fictio retroactatiua, q̃ illud operat. fundat sup maxima æqtate, ut late declarat Bart. in l. si is qui pro empt. ff. de usucap.

sed

sed lõge maior eqtas uersaẽ respectu tertii q non deliqt, & q miseratione dignissimus est quá respectu delinquentis.ipiẽ & cæ. Quinto facit ꝙ singulariter tradit Bar.in l 4. per tex.Ibi. ff.de adimen.lega.ubi elegãter inquit 6 † ꝙ exhæredatio facta ꝑ patrẽ eo ipso extinguiẽ.& reuocaẽ ꝙ causa ilius inductiua tollitur,& remoueẽ sic,& in ꝓposito,sublata ꝑ restõnem princ pis felonia causa inductiua extinctionis fideicommissi extinctio cessare debet,& fideicõmissũ suscitari.Sexto,& fortius ꝙ restitutio trahaẽ ad oẽs q fuerunt puniti ĩ coñam, & quorũ iura fuerunt resoluta resoltio iure uasal li committentes feloniam. deduco decisionẽ expressam Iac.de Bleui ĩ c. 1. in tit. hic finitur lex Corra.& Iacobini de S Geor.in suo opere feudo quos allegaui in qõne præcedenti qui fomalr̃ uolunt ꝙ per restõnem eorum iura suscitentet q̃ ex resolutione extincta fuerãt,q̃ decisio hẽt magnã æquitatem.& apponit securim ad radicem. Septimo adduco tex.formalem ad hoc à nemine pondcia ũ in l.fi. ff de senten. pas. ubi tex.formalr̃ uult ꝙ restituto principaliter dãnato,restituiẽ is qui in cõñam punitus fuit, & ita intelligit ibi gl.fi.Octauo. & ultimo adduco decisionẽ ad ꝓpositum singulatẽ Saly. in l castitati.1.col. C. ad l. Iul. de adul. ubi 7 singlr̃ decidit ꝙ eo † qđ restitutio oĩa reponat in pristinũ statũ trahitur ẽt ad ꝑsonas,q in cõñam principalis puniuntur,sicut in casu subiecto.& ꝓprie tex.in d.l.si debitor. C.de feu.pas qua actor allega. decidit casum. Nec obstat ꝙ Ang ibi dicere uoluit ꝙ illa l.hẽt locũ ubi bona trãsibãt in fiscũ cum onerẽ suo nã reuera, salua pace tãti doctoris dixerm. nõ est uerũ.& ad eũ cõfundedũ ego adduco tex.singularẽ,quẽ nemo ponderat in l.2. ff. de sentẽ.pas.& restitutis,ubi uult tex.ꝙ licet simplr̃ restitutus sine bonis non reincidat in pristinã obligationẽ,tñ si bona restituãtur, incidit, ita ꝙ si uellet dimittere bona nõ posset se exuere obligationib. ex quo formaliler ĩfertur ꝙ obligatio ꝑsonalis suscitatur.& tñ nõ principaliter comitãtiæ obligationis ad bona restitutus reincidit in pristinã obligationẽ,qa si dũtaxat illa rõne dimittendo bona liberareẽ ꝑ l 2. ff. qđ cũ eo.cũ simil.uulg. & iõ gl.ibi singlr̃ dicit qđ illud est iõ ꝙ ille in pristinũ statũ reponiẽ,& nõ alia, ergo sequtur ꝙ respectu rei teneẽ. nec illa est principalis rõ ꝙ bona trãsissent cũ onere suo, sed eo ꝙ ĩ pristinũ statũ oĩum reponitur qñ recuperat bona,uñ ex quadã æqtate lex nõ uult ꝙ dãnatus restitutus teneaẽ,nisi bona recuperet.nimirũ qa bona intelligebaẽ deducto ære alieno,& ubi nõ trãsissent cũ onere suo dico ꝙ remaneret obligatus dãnatus, saltem nãliter.sicut dicimus in seruo q remanet obligatus nãliter. sed qñ creditores pñt hẽre regressum cõtra fiscũ,nimirũ si tunc libereẽ cõdẽnatus in ultimis aũt uoluntatibus qn hæredes sint obligati ex quasi cõtractu acceptãdo hæreditatẽ nemo est q dubitet, qa sunt iura uulgaria.Ad aliud fundamẽtũ,dũ dr̃ ꝙ res semel extincta, &c.Rñdeẽ, ꝙ fictio retrotractiua restõnis istud operatur.q̃ quantũ ad effectum facit qđ non censeatur extincta ab ini8 tio obligatio. ad hoc deduco tex singularẽ ĩ l.3.ff.de senten.pas.ubi uult tex.† ꝙ secuta restõne actiones directæ cõtra restitutum reuiuiscunt,& tñ nisi fingendo nunquam fuisse extinctas non pñt suscitari directo. sed duntaxat utiliter,ut not Doct.in d.l.inter stipulantẽ.§.faciã.& sic cõns est ut restitutio q̃ retro fingit, tollat oĩno causam extinctiuã ẽt quãtũ ad effectus pteritos,qđ sine dubio prĩceps facere põt,ut dicit gl.sing.in clem. 1. in uerbo, ꝑ infectis de immunita ecclesiarũ,& ꝓpea Bal. in l. imper.§.1.C.de nupt. dicit ꝑ tex.ibi ꝙ restitutio purgat oẽm maculã, eo ꝙ oĩa reponat in pristinũ statũ. Nec obstat si dicaẽ qđ fictio retroctatiua non põt hẽre locũ hoc casu,eo quod medio tpe superuenerit inhabilitas ꝑꝑ omnimodam extinctionem fideicommis.nam rñdeẽ, ꝙ inhabilitas quæ cõcernit cõña, & non principale, & nõ impedit fictionẽ translatiuam retrotractiuã, ẽt quantum ad illa cõña,cum multa cõcedãtur in cõñam, quæ principaliter non conceduntur l.1.in fi princip. de auctor.tut.l. quoties. C de iud. c.de prudentia.de donatio. inter uirũ, & uxor.hęc limitatio ꝓbatur in l. si liber homo.§.si seruus.ff.ad legem Aql. & in l.pen.ff.de suis, & legiti. hæredibus, ubi hr̃ 9 † quod si filius capti ab hostibus decesserit ante patris reditũ demum pr̃ reuertaẽ, fingitur retro filium habuisse in ptãte, & ideo oĩa bona filii applicantur ei iure peculii, & tñ tpe quo pater redit extremum a quo nõ erat habile,cum filius esset mortuus, & ratio est.quia illud extremũ ueniebat in consequentiã. & ideo illius inhabilitas non cõsideraẽ.& istam limitationem ponit Bar. in l.si

C.de

C.de sen.passis Ioan.de Imo.& Raphael Cuma.in d.l si is qui pro emptore. sic intelligentes tex.in l.sed,& si quis stipuletur §.1.de usufru.& ita residenr.

Ad fundamenta quæ pro contraria cōclusione per auctorem tractatus adducuntur,& primo dū dicit ꝙ restitutus non ur̃ amplius possidere bona recuperata iure hæreditario, sed ex superueniēti restōne, & beneficio principis,quodq. ex beneficio principis fideicommissum non inducit,&c. Rñdet,ꝙ auctor falsum ꝑsupponit,ꝙ uidelicet bona recuperata non habeantur iure hæreditario; qa ut dictū est illa restitutio retrotrahit,nec aliqd de nouo dat,sed oīa reponit in pristinum statum, ita ut reddita bona nō nouiter cōcessa uideantur. Nec obstat pariter aliud fundamentū in quo dr̃ ꝙ res semel alienata perpetuo durat alienabilis,nec reincidit in pristinum fideicōmissum,& allegatur principalr̃ tex.in l.pater.§.15.de leg.3.Nam rñdetur primo ꝙ ille text. non habet locum in mā feudali. ut est text. sing.quem ad hoc formalr̃ ponderat Bal.pro limitatione dicti §.15.in c.1.de eo qui sibi, & hæred.suis masculis.& fœm.Secundo rñdetur qd̃ ista ꝓhibitio est realis,& ideo non ꝓcedit dispositio.§.15.qui loquitur in prohibitione personali.ita formalr̃ Bart.in l. peto. §.a fratre.de leg.2.& qd̃ tradit idem Bart.in l.pater filium.§ fundū de leg.3.Tertio respōdet ꝙ hic nō fuit facta aliqua alienatio, licet enĩ per delictum uideatur fieri alienatio,supueniēs tñ restō,quæ retrotrahitur,fingit nunq̃ delictū commissum,& in cōnam alienationem nō fuisse factam,quare suū fundamentum non procedit qd̃ maxime procedit, ubi restō esset facta per uiam iustitiæ. tunc.n.nō est dubium qd̃ trahitur ad oēs in cōnam.ita Innoc.in c.auditis.de pscriptis.Doct. in l. 1. C.si unus ex pluribus unde.& tunc eu ꝙ oīa reponuntur ī pristinum statū per l.qd̃ si mi-

10 nor.§ Scæuola.ff.de min.† restō trahitur retro ēt in præiudicium tertii in iure sibi qsito. ita trahit Raph.Cu.quē sequūtur nouissimi in d.§.& qd si tm̃.Nel de S.Gem.in tract. de bāni.in 1 par 3 tẽporis q.11.& pōt dici fuisse factā restōnem uiam iustitiæ, qñ in pfatione narratiua illius cōtinetur restituendū condenatum fuisse per contumaciam, qa ex uerbis supplicationis qualis cōcedētis fuerit mēs colligitur,text.not in l.1.de diuer.rescr.C.& tex.in c.inter dilectos.§.ceterū, de fide instr. Ioan.de Imo.in l.iudex,ff.de re iud.& in simili in absolōne tradit Panor.in c. cum pro causa,de senten.excom.& qd̃ idem tradit in c.2. de treuga,& pa cum si.Et ēt pōt colligi mēs principis ex suis procemiis, & præfationibus l.fin.ubi not Bal.& Imo.ff.de hær.inst.l. reg. §.licet,& ibi Bar.ff.de iur.& fac.igno. Bald.in c.cum terra de elec. Alex.in cons. 7.inc. uisis

11 & animaduersis.col.3 uol.2.†Et in dubio in re cōi præsumitur princeps usus, & non gratia spāli. arg.l.in testamento. C. de test.mil. nam qñ factum superioris pōt referri ad ius cōe,in dubio semper ita intelligitur, ut not. Bal.in l.bonorū.C.qui admitti. & est doctrina Innoc.quam Io.And. Ant. de Butr.& oēs sequunt in c.dudum.de decimis.& not.Paul. de Castr.in l.princeps,ff.de leg.cū si. ut tradit Alex.in l.q̃q̃.C.de test.milit.& in simili ēt dicimus qd̃ in dubio princeps ur̃ habere respectū ad ius cōe,ut tradit Innoc.in c. innotuit, in princ.de elec.Ang. in l. bene a Zenone. C. de quadrien.ꝑscr.Paul.de Cast.in l.si testamentum,C.de testa. Panor.in c. ad hæc. de rescr. cū si.& facit l.si qñ ad pri.C. de inof testa.& ubi utraq; qualitas,iustitiæ uidelicet, & gratiæ concurreret,qualitas iustitiæ deberet potius attendi duplici rōne. Primo qa magis souet iuri cōi,ut pulchre decidit Bald.in l.si qs decurio.C.de fal.Pe.de Anch. in c.canonū statuta,de const & est decisio tex.in l.nā. & miles.ff.de iniu rup.& irri.fac.test.Secūdo qa fauorabilior est,ut dicit Bar.in l.cū qs,in fi.§.si

12 qs ꝓ eo,ff.de sol.& sic magis attēdeda† qa licet alias qualitas nālis magis q̃ accidentalis cōsideratur,tñ ubi accidentalis est fauorabilior illa est attendenda tex.est peregrinus in l.hæreditatem,in prin.ff.de castrē.pec. si bene inducat. Dum postremo auctor tractatus deducit ꝙ ubi sunt apposita ista uerba,& qb.dederis &c.ur̃ cōcessa facultas alienandi,esset magna qō,quā ipse nō intrauit, an intelligeret ꝑmissa successio ab intestato,nā Bal.formalr̃ in c. feudū ea lege,si de feudo fuerit cōt.dicit ꝙ ꝑ illa uerba duntaxat censeret data facultas alienandi,& sub eis solum cōprehenditur uera,& ꝓpria alienatio,& ꝑpea infert, ꝙ nō comprehendit illa quæ fieret ex delicto, quia non est propria alienatio l.si qs in tantam,C. unde ui.ergo,& in ꝓposito ur̃ dicendū ꝙ nō comprehendatur alienatio,quæ fit per successionem ab intestato,qa nō dr̃ defunctus proprie alienasse,sed a lege defertur. l. lege obue-

nire dr,ff.de uerb.sign, & l.3.§.de illo, ff.pro socio, & improprie ac ficte prouenit a defuncto,l.cōficiuntur,& l.siqs cum nullū,ff.de iure codicillorū,& formaliter Bar. iūcto eo qđ dñt ibi Ang.& Alex.decidit in l.q Rom. in §. duo fratres ff.de uerb. sign.q̄ ubi datur facultas alienandi grauato p̄ cum cui debet fieri restō fideicōmis.ita demum p̄iudicat licentia cōcedēti,si bona fuerint alienata,usq; adeo q̄ si nō fuerint alienata debēt p̄uenire ad cōcedētem licētiam prout alias peruētura erant,

13 † unde de illa uerba,pro te , & successoribus tuis,& hñtibus causam,&c. Non alterant,ut dixi naturam feudi in Gallia,cum tacite insit ex cōsuetudine,s̄m quam permissa est alienatio rerum feudalium sicut allodialium. Quia ut dixi in quæst 2.expressio eorū quæ inhærent nihil operatur, & est longum discrimen inter ista uerba quibus dederis , uel habentibus causam a te,quia per illa uerba habentibus causam , & c.non ur̄ esse data aliqua facultas nisi ubi alias illā haberet de iure , nec præsumitur per ista uerba princeps iuri agnatorum derogare uoluisse. iura uulgaria quæ deducere piget,& ita concludēdum puto,saluo semper saniori iudicio.

1 *Pœna incapacitatis per legem quisquis. inflicta filijs an locum habeat in filiabus.*
2 *Dispositio odium irrationabile continens nullatenus extendi debet.*
Statutum unū pro alio pœnam imponens, irrationabile dicitur,& iniquum.
3 *Constitutio quæ punit unum pro alio est iure natura & diuino contraria.*
4 *Statutum dictans filios rebellium de ciuitate expellendos ad filias non est extendendum.*
5 *Filiæ non censentur comprehensæ sub filiorum exhæredatione.*
Priuatio nunquid inducit nisi specialiter exprimatur.
6 *Pœna incapacitatis filiorum quo ad extraneorum successiones non debet ad filias extendi.*
Saliçetus fuit excellentissimus doct.& præcipuus ueritatis inuestigatur cuius opiniones plerunque me dullam iuris continent.
7 *Verba quæ in dispositione odiosa opponuntur,ad alia non extenduntur.*
8 *Titulus institutionis respectu hæreditatis parentum est honorabilis.*
9 *Hæresis in quo differat a crim.læs maiest.*
10 *Nati ex reductis in pristinam seruitutem propter ingratitudinem serui sunt.*
11 *Veritas ignoratur eius quod multipliciter exponitur.*
12 *Extensio ex paritate rationis non fit in pœnis ipso iure inflictis.*
13 *Dispositio pœnalis respectu delinquentis est reip fauorabilis respectu uero filiorum continet odium.*
14 *Filius est portio quædam corporis paterni sed & eadem caro dici potest.*
15 *Natus ex sola muliere absque uirili semine, non est maculatus peccato originali,sed quis ille Christus solus.*
16 *Maiestatem diuinam longe grauius est offendere quam humanam.*
17 *Constitutio pœnalis emanans ad uitanda animarū pericula,extendi potest.*
18 *Pœna legis quisquis,quo ad incapacitatem successionis extraneorum non trahitur ad filias.*

QVAESTIO V.

QVinta quæstio quæ proponitur in hac materia est,num † uidelicet pœna incapacitatis filiis inflicta per l.quisquis.habeat locum in filiabus,& breuiter quidquid dixerit auctor tractatus,uera conclusio est.q̄ pœna illius legis,quisquis.non trahatur ad filias nisi duntaxat inquantum exprimitur,nec sub nomine filiorum quibus pœna incapacitatis,quantum ad oēm successionem infligitur,filiæ pñt censeri cōprehēsæ.Primo,ista conclusio comprobabitur auct.scrib.Secūdo deducentur rationes.Tertio, rñdebitur ad argumenta deducta per auctorem.

Et primo,q̄ in illa l.quisquis.sub filiorum appellatione non cōphendatur filia dicit formalr̄ Bar.in l.1 ff.de uerb.sign.sequūtus Bal. Ang.Sal.& Fran de Arct.in l.quicunq;.C.de ser.fug.Imo in l.si ita scriptū. de leg. 2.& iō est s̄m eos,quia licet alias in mā pœnali fiat extensio de p̄sona ad p̄sonam, ut in l.si qs id quod.alleg p̄ auctorem, & in multis aliis locis,habet locū, nisi odium sit irrationabile , quale dñt esse in casu dic.l. qīqs. q̄ uidelicet

2 unus puniaī pro alio.† & ideo qa irrationabile odiū continet,non debet aliquatenus fieri extēsio,& ita ēt pulchre consulēdo concludit Philip.Dec.cōs.icip.& diligēter,&c.col.2.& idē expssus firmat Fran.de Arct.cōl.39. p̄ totū,& quod cōtineat odium irrationabile adduco primum quod Cy. dixisse signanter refert l.lege Cor.ff.uulg.q̄ statuta,& cōstitutio

nes quibus pater pro filio. uel contra filius ꝑ patre punit, sapiunt quandã tyrannidem. idem Bal.in l.dotis.C.de iure do.dicit, ꝙ statuta quæ imponunt pœnã filiis pro patrib. sũt ualde dura, & rigorosa, & idẽ tradit Ang. in l. sancimus C. res inter alios acta. dicit ꝙ statutum imponens pęnã uni ꝑ alio, licet sit tolerabile, tñ non est laudabile, sed ualde iniquũ, & ideo idem Bal. in auct. si captiui C de epis, & cle: dicit ꝙ statutũ quo unus tenet ꝑ alio, nunq̃ tanq̃ odiosissimum debet extẽdi maxime qñ pœna corporalis uel infamiæ, ut in ꝓposito imponit, nã & si expresse hoc uel let non ualeret tanq̃ iniquissimum, & irratio nabile, dictat n. rõ nãlis qđ gesta debeant ad auctores suos restringi, & nõ extẽdi ad alios q culpa carent, & ideo idem Bald. & Sal. in d. 3 rub res inter alios acta.† dicunt tales cõstitutiones esse contra ius nature, & diuinũ, & dicit formalr Soc. in l. cũ filius. ff. de uerb. sig. ꝙ ubi repetit talis cõstitutio, licet ualeat, tñ nõ põt negari quin sit ualde dura, & exhorbitãs eo qđ tendat in pĩudicium non delinquentis & est bene notandum ꝙ Bal. & Sal. in d. rub. res inter alios acta, æquiparant pœnam infamiæ pœnæ corporali, ꝑ qua æquiparatione facit text. formalis in l. iusta. ff. de manumis. uind. & qđ Bald. singlr tradit in l. 1. C mand. ex quibus firma resultat conclusio ꝙ constõ dicans ut unus puniat ꝑ alio, filius uidelicet pro parte, est ualde rigorosa, & exorbitãs ab ęquitate nãli, & à iure diuino, quare strictissime est interpretãda, nec debet fieri aliqua extensio. Secũdo adduco, ꝙ uidelicet ubi diuersa rõ militat in filiabus q̃ in filiis. nũc nunq̃ dispositum in illis trahit ad filias, ita singlr Bald. tradit in l. seruus. C. cõia de success. sed in casu subiecto diuersa rõ militat, quippe ĩ filiis l. quisquis dicit exempla criminis paterni metu, in filiabus dicit illas esse minus ausuras, nimirũ qñquidẽ filii ad bella ineunda proditiones faciẽdas habiles, & apti esse possunt filiabus uero arma deferre, proditiones cõspirare sexus fragilitas non ꝑmittit, ꝑpea 4 Bal. in l. illa quicunq; de ser. fug. dicit, † ꝙ si statuto caueatur ut filii rebelliũ expellant de ciuitate, nõ extenditur ad filias, qa cessat rõ, non n. ꝑꝑ sexus fragilitatẽ, ita ausuræ præsumunt, ut docet experientia naturalis, unde prout est in textu uerbũ metuuntur, delictũ ꝓsumptũ filiorũ punitur, q̃ ꝓsumptio, ut dixi cessat in illis, ergo sub filiorum appellatione

non potuerunt comprehendi nec pœna filiis imposita põt dici repetita in filiabus. Tertio confirmatur ꝓmissa, qa ubi constõ loquitur discretiue de filiis, & filiabus, tunc quod dr in filiis nunq̃ extenditur ad filias, ita singulariter tradit Bal in l. in mult. ff. de sta. hom sed in proposito lex illa, quisqs, loquitur discretiue de filiis, & discretiue de filiabus, ergo nõ possint in dispõne filiorũ intelligi cõprehense. Ex quo & sequitur ꝙ attento quod habent spãlem determinationem non debet fieri repetitio eius qđ dr de uno in altero ꝑ text ad hoc no. in simili in c. cũ dilecti. de dona. quẽ ibi ad hoc ponderant Card. & Imol Bal. in c. secundo reqris, de appel. & in l. 1. in fin C. de leg. hær. Quarto, & expressius deduco quod uoluit gl. in l. si ita in uerbo, natus ff. de iniusto rup. quam ibi pondetar, & sequitur Io de 5 Imo. quæ eleganter uoluit. † quod sub exhæredatione filiorum non censetur esse cõprehensæ filiæ, & sic in proposito, sub exclusione filiorũ ab hereditatibus extraneorũ, nõ debent censeri, esse cõprehensæ filiæ, cum spãlr exclusæ nõ reperiantur. Quinto facit quia in mã exclusiua, punitiua, & priuatiua, qualis est ista, qđ non est spãlr expressum non inducit priuationẽ, ut pulchre tradit Bal. in l. chirographis C. si cer pet. & ubi maior uersaretur rõ, ita pulchre idem Bal. in auth. ex testamento C. de secũ. nup. ꝑ tex. in §. cũ igit in auth. de nõ elig. sec. nub. col. 1, cũ sim Sexto, & ult. confirmatur, nã cum quantũ ad exclusionẽ illa l. sit ualde odiosa, non debet fieri aliqua extensio, unde dicit ibi singlr Ang. prout eũ refert Soc. in cons. 275. qđ habuit qõnem in Romandiola, in qua cõsuluit qđ filii non ꝓhibeantur capere est testamento parentum, qui non delinquerant, licet lex ꝓhibeat illos capere ex testamẽto extraneorum, eo qđ expsse non prohibeat ex testamento parentũ, & & quia ualde odiosa sit non debet fieri aliqua extensio, qua rõne motus Salyc. tenuit 6 † pœnam incapacitatis quãtum ad successiones extraneorũ nõ debere extẽdi ad filias, q in hoc non habet cõtradicentem, & ẽ magnę auctoritas. de quo exclamat Pet. de Anch. in c. canonum statuta. de const. dicens ꝙ Sal. fuit excellentissimus doctor, & pcipuus ueritatis inuestigator, & qđ eius opiniones solẽt cõiter cõtinere medullã iuris, quem & secutus est, ut refert auctor, Angel. Aret & isti duo non habent aliquem contradicentem,

quare in materia pœnali, ut infra latius dicetur, & sequenda est eorũ opin. cum quib. tñ sunt omnes doct. quos deduxi supra in princ. Superest nunc ad argumenta in contrarium adducta rñdere. Et primo adducit ꝙ §. ad filias loquitur limitatiue, & dispensatiue, nam rñdetur qđ non est uerum qđ loquatur limitatiue, nam rñdetur, imò est dispō separato de per se quę fit in filiabus, & licet limitatiue loqueretur, nō ꝑpea sequit qđ dispō. §. pcedentis amplietur, in ui comprehensiua ultra suam signonem, ut Bar. tradit. in l. gñali. §. uxori. per text. ibi. ff. de usufr. lega. nec obstat pariter, & dispensatiue loquatur, qa imò ut dixi, est dispō separata, & posito ꝙ dispensatiue loqueretur, esset uerum respectu hæreditatis materne, ut uidelicet non obstante qđ Imperator illas ab ea hæreditate excludat tñ reseruat eis certam portionem. Nō ualet pariter argm̃ sumptũ ex tex. in uerbo, nec iure hæreditario, ad inferendũ ꝙ filiæ sint incapaces tituli hæreditarii, nam uerũ est respectu successionis materne, ad quā duntaxat uerba illa referuntur. † quæ cum sint apposita in dispositione odiosa, ut dictũ est, ut infra latius dicetur non debet extendi ad alias successiones. Nec ualet dum dr ꝙ si respectu successionis materne incapaces sint filiæ, q̃ magis eis debet. à fortiori respectu successionis extraneorũ Nam rñdetur ꝙ qñ rōne alicuius indignitatis inducit incapacitas, magis solet induci respectu successioni parentum q̃ extraneorum, quibus esset quodammodo pœna non posse relinquere, ut uidemus in filiis spuriis qui à parentum excludunt successione, & tñ non ꝓhibent succedere extraneis uel cognatis, & c. l. hac parte ff. unde cogna. cum simi. Secũdo si argumentum de maiori ad minus nō habeat locum in dispensationibus simplr odiosis, ut est dictum singulare Hostien. in c. postulasti. de rescrip. ubi sequuntur oēs, à fortiori in hac mā q̃ est maxime odiosa, pœnalis, & correctoria tale argm̃ ꝓcedere nō pōt, & minus ualet dum dr † ꝙ titulis institutionis est honorabilis, de quo potuisset allegare tex. formalem in l. filiũ § sed si portio cōiuncta glo. in uerbo. pleniore ff. de leg. pstan. nā illud ꝓprie ꝓcedit respectu hæreditatis parētum, esset n. satis dedecorũ si non noīaretur hæres patris, ꝓsumeretur q. ingratus, q̃ consideratio non cadit respectu extraneorũ respectu quorũ ad patria iudicant ti. institutionis uel alius, qa cessat illa consideratio particularis ut no. doc. in l. si qs ꝑ iore. ff. ad trebellia. nec pariter obstat dum dr ꝙ text. in sui rōne uoluit duntaxat ꝓ dictionem ut, quæ denotat cām finalē, ꝙ filiæ haberent solũ mediocrem alimoniam, & non integrũ emolumentũ, nam rō ad dispositionem suam adaptanda est, & sic respectu successionis materne noluit Imperator qđ hrent integrũ emolumentũ, sed duntaxat mediocrem alimoniā q̃tum uero ad exterorũ successiones, lex nihil expimit quare non debet fieri extensio, ut supra dictum fuit. Nec pariter obstat uersiculus, id quod de pdictis, ubi ẜm eum non repetit uerbum filiæ, sed filii tm̃, & sic ibi sub appell. filiorũ cōphendunt filiæ, nā posse id negari, uel si de filiabus intelligatur, debet intelligi mō præmisso. Non obstant pariter alia argumenta q̃ extra textum per auctorem adducũtur, quod sub appell. filiorum continentur filiæ, & primum adduxit c. uergentis, in fin. de hæret. ubi tex. loquitur de exclusione filiorũ à bonis patris delinquentis, & tñ nemo dubitat quin cōprehendantur filiæ. nā reuera nō possunt non admirari ꝙ tā debile fundamentũ in mediũ obtulerit. nā cũ bona hæretici applicentur fisco, nimiũ si filia excludatur, qa de necessitate illud seqtur alle pariter l. manicheos, in uerbo, filios C. de hæret. nā idem rñdetur, uel aliter rñdendo dicimus ꝙ, ut in sequentibus latissime dicet. † lata est differentia inter crimen hæresis, & crimen læsæ maiest. crimen quippe hæresis principalr animā inficit, & animā concernit, & eadem rō infectionis q̃tum ad animam q̃ militat in prole masculina militat, & in filia, qa quātũ ad infectionē aīæ non reqritur audacia, & fragilitas sexus nihil operatur, secus in crim. læsæ maiest. in quo, ut dixi, diuersa rō militat, ex quo ēt sequitur solutio ad tex. iuris diuini allegatus ꝑ auctorē nā loquunt de punitione delicti cōcernentis animā, de punitione spirituali, nec est aliqua comparatio offense dei ad offensam hominis, imò esset quasi hæreticũ uelle æquiparare hominē deo, & dicere ita graue esset offensam q̃ cōtra illũ cōmittit, sicut cōtra deũ, ut infra latius dicemus. Nō obstat pariter tex. in auth. qui. mo. natu. effi. sui. §. pe. nā adhuc istud fundamentum est debilius, quippe eadem rō oīno q̃ militat in filiis, militat, & in filiabus, eo ꝙ ex dānato coitu natæ sint, qa infectio ꝓueniēs ex cōceptione per

ne per legem damnata, æqualiter concernit filios, & filias, secus in casu subiecto, ut præ dixi Minus obstat tex. in l. 2. C. de lib. & eo. lib. nam de filiabus ꝙ cōprehendantur, nec tex. nec gl. nec doc. faciunt aliq̄ mentionē, & si comprehenderentur, alia rō reformat pa ctum, nam ut ibi gl. intelligit in finali solu-
10 tione, ille tex. debet intelligi † quod nati ex his q̄ sunt redacti in pristinam seruitutē ꝓꝓ ingratitudinem, sunt serui, modo uterq; pa rentū, uel saltē mr̄ sit ancilla, q̄a partus seq̄t uentrē aliq̄ uolunt ibi glos. & doct. ꝙ filii non essent serui, & si cum ista ratio cōceptio nis in seruitute æque militaret in filiab. sic- ut in filiis nimiorū comprehenderetur. Nec obstat pariter dum dicit auctor ꝙ ratio quæ habet locum in filiis quæ est, ut pr̄ magis tor queatur ꝓꝓ punitionem filiorū, militat & in filiabus. & ad hoc ponderat text. in d. l. quis quis. in uerbo, perire. n. debet paterno sup plicio. exponit idem ad paternū supplicium. nā rō expressa in d. l. quisq̄s. est quia in filiis metuūtur exempla paterni criminis. in filiab. dr̄ minus ausuras cōfidimus. illa rō est exp̄ssa & non altera, ut dicemus ſm illam igit̄ dun- taxat licet arguere, & non ſm non exp̄ssam ut late tradit Inn. in l. si uero. §. de uiro. ff. sol. mat. Alex. late in l. si cōst. ad prin. ff. eod. ti. bo nus tex. in l. cū pr̄. §. dulcis. de leg. 2. & in l. pr̄. §. fundū, de leg. 3. Et dum dicit ꝙ imo al- tera rō est exp̄ssa in tex. ibi p̄rno supplicio. i. ad paternū suppliciū. illa expō, ut uulgo dr̄, est gl. Aurel. q̄ corrūpit tex. nā tex. dicit ꝙ im periali lenitate donat̄ uita filiis. q̄ debet peri re p̄rno supplicio, & ibi gl. suꝑ uerbo p̄rno. dicit qđ ē interpositio, & sic illa uerba refe rūtur ad cām remissionis pœnæ capitalis, q̄ fit filiis, & non ꝓ rōne pœnæ incapacitatis ꝓlata sunt, & quia ē illa uerba pn̄t intelligi paterno supplicio perire debent. i. pœna, & supplicium p̄ris debet in eos redūdare, & illa est uera expō, nescio unde auctor suam tra xerit. uñ cum saltem illa uerba possint hr̄e
11 plures expōnes † eius quod multiplr̄ expo- nitur ueritas ignoratur, ſm philosphum. ut refert Bald. in l. nec quidq̄. §. ubi decr. ff. de off. procons. & leg. & sic nō pōt argui ex eo. ut deducit late Alex. post Imol. in d. l. si con stante. & dum postmodum subiiciebat quod expressa ratio in textu militat in filiab. non est uerū, ut supra dcm̄ fuit. Ex quo ēt sequit̄ solutio ad alias rōnes, quas ex aliis iuribus

auctor tractatus trahit ad punitionē filiorū. nam rn̄detur quod ille rōnes non sunt expres se in d. l. quisquis ille pariter rationes sunt di uersæ, & quādo plures rōnes assignari pn̄t, ex illis non potest fieri extensio, ut late cōcludit Alex. in illa l. si const. ad princ. ff. sol. matr. & ut inferius subiicietur in criminibus in qui bus rōnes ille experimuntur, est longe diuer sa ratio. Et dum ex præmissis in argumentis auctor uoluit cōcludere ꝙ appellatione filii fuerūt cōprehensæ filię, quodque ex nā uer bi, saltem ex larga sig̃one, appellatione fi- liorū cōprehenduntur filiæ, quo casu ubi mi litat rōnis identitatis pōt fieri extensio, alle gat aliqua iura, nam ad id multiplr̄ rn̄detur. Primo illa regula non hēt locū in hac mate ria odiosa in præiudicium tertii, ut expresse uoluit Ioā. de Imo. in l. si uero. §. de uiro. ff. sol. mat. dū alleg. l. p̄ri ff ad l. Iul. de adul. Idē Alex. in d. l. si const. ad princ. Secundo maxi- ma auctoris non habet locum ubi simul pœ nalis est dispō, & correctoria, gl. sing. in cle. ut hi q̄ de ætate, & qualitate, quā firmāt. Im. & Alex. in locis alleg. ꝙ sit pœnalis non est dubiū ꝙ sit correctoria iuris antiq. est text. in l. eos. ff. ad l. Iul. maiest. & in l. iura ff. de iu re patr. q̄bus expresse ꝓbat̄ ꝙ olim non pu niebatur filii ī crimine læsę maiest. imò iura patronatus eis reseruabātur, & sic l. quisq̄s in hoc corrigit d. l. eos, ut uoluerunt gl. in di- ctis legibus. quare non debet fieri extensio.
12 † Tertio rn̄detur ꝙ illud non habet locū in pœnis inflictis ipso iure, in q̄bus non fit ex tensio ex paritate rōnis, ut dixi supra in 1. q. & in propriis terminis allegaui Soc. ita tenē tem in cōsil. 275. Quarto & ꝑemptorie esset opus ꝙ militaret eadē rō, ut ibi dixi, sed ea dem rō in proposito ꝑ oīa nō militat, & igi tur &c. Non obst. pariter ꝙ mā est fauorabi lis, quia interest reip. &c. allegat doctrinam Bart. nam illa doct. Bar. salua pace tanti do ctoris, non ur̄ usquequaq; uera. causa. n. im- mediata imponendi pœnam, est odium delin quentiū, remota uero est fauor publicus; ad cognoscendū aūt an dispō sit fauorabilis, uel odiosa, attendi debet cā ꝓxima, & nō remo ta, ſm Bal. in l. fi. C. de interd. mat. quam ra tionē assignat Aret. cōtra dcm̄ Bart. in l. Gal lus. §. & q̄d si tm̄ de lib. & posth. & ēt q̄dam Mod. repet. in l. si is qui pro empt. ff. de usuc. pro empt. ubi dicitur ꝙ alias sequeretur, ꝙ oīs exceptio esset fauorabilis, cū principalr̄,

 uel

uel in cōñam conseruat fauore. quod tamen est falsum l. qui exceptionem. ff. de cond. indeb. & facit bonus tex. pro hac opinione in l. ob id. ff. ad l. Aq. qđ tradit Bart. in l. fi. C. 13 unde ui. † Secundo rñdetur ꝙ dispositio pœnalis est fauorabilis reipublicæ respectu delinquētis, sed quātū ad filios ut dixi, cōtinet odiū irrationabile, & non debet aliquatenus extendi, imò sapit quandā speciē tyrannidis, quare nimirum si hoc casu non sit fauorabilis, & non debet fieri extensio. Non obstat pariter dum subiicit ꝙ ēt in mā pœnali appellatione filiorum comprehendunt filiæ. nam supra plene rñsum est quod non hēt locum in odio irrationabili, quale cōtinetur in d. l. quisquis. Nec obstat gl. in d. l. quisquis. q̄ illam loquentem de patre extendit ad matrē. nā iusta rōne reprehēdit à Salyc. & ab Ang. Aret. & ꝙ illa gl. male loquat demonstro aperta rōne, nam pr qui hēt filios in potestate, nimirū si obliget fili s ad pœnam, cum & illos uendere possit in necessitate l. 2. C. de patrib. q filios distraxe. q̄ ut ibi dñt oēs Doct. & signanter Bald. & Salyc. non hēt locum in matre, habebatque olim pr ius uitæ, & necis in filium, ut dicit tex. in l. in suis. ff. de lib. & posthu. ꝙ ius non cōcedebat matri, ut ibi traditur. Secundo p̄sumptū crimen qđ punitur in filiis ex p̄sumptione exēpli, militat in patre, & nō in matre, q̄ppe cū pr tribuat formam in generatione, ob eo filii denominaτ, & cū eo dicunt eadē substātia, nec dicunt diuersi à patre. uñ una, & eadē caro cēsent, ſm 14 philosophū. & tradit tex formalis in §. hæc auctoritas. 35. qōne 6. & ꝑpea dr filius esse portio corporis paterni, text. in l. cum scimus. de agrico. & censi. lib. 11. unaque, & eadē ꝑsona cū patre reputat. l. fi. C. de impub. & aliis substit. quæ omnia non hñt locum in matre facit glo. singularis in l. ii. C. qui ætate uel professione se excusant. quæ signāter dicit iura quæ dicunt filiū & patrē debere cēseri eadem persona non habere locū in eo qui non est in ptāte. & glo. sibi contraria in dicta l. quisquis. dicit formaliter ꝙ filius emācipatus nō punit pæna illius legis, ergo respectu matris nunq̄ punit, cū mater non habeat filios in ptāte. Propterea tex. singularis in l. exēplo. de decurio. lib. 10. C. uult, iura q̄ dñt filiū à patre denominari debere, & nō à matre. q̄ iura late deducunt Mod. in c. Rayn. de testā. usque adeo procedere. ut nō ualeat cōsuetudo in contrariū, eo ꝙ iure quodā nāli ut ibi dñt Doct. illud procedat, quia ratione S. Thomas in secundo secundæ q. 82. de articulo nō recordor, tenuit formaliter in simili 15 † ꝙ si cōtingeret aliquē nasci dūtaxat ex muliere sine semine uiri, ille non esset conceptus in peccato originali, eo q̄a mater nō. tribuat formā sed mām, & multa alia deduci possent. Nō obstat pariter dū dicit qđ illa lex quoniā ad filios nō continet odiū irrationabile, nā in principio huius quæst. multis fundamētis demonstraui contrariū, & allegaui maximos legū uertices ita tenere, & dū dicit qđ Deus qui misericors est nonnunq̄ punit filios ꝑꝑ peccata parentū, nā miror qđ iste doctor uelit os ponere in cælū, & punitionē quæ fit occulto iudicio Dei, uult comparare punitioni humanæ, cū nec in punitione nec in offensa sit aliqua cōparatio, ut subiiciet. Demum deduxit tex. in c. statutū. & in c. ubicunq; de pœnis, & ubi dr ꝙ istud est expressum ī crimine hæresis, ꝙ puniant æqualr filiæ sicut filii, & qđ crimē hæresis, & crim. læsæ maiest. æq̄parant. ꝑ multa fundamēta, q̄ deducit in q. seq. 16 nā rñdet † ꝙ uidelicet lōge grauius est diuinā q̄ humanā offendere maiestatē l. auth gazaros, C. de hæret. & tex. ī c. uergētis. eo. ti. & tex. met. ī illa extrauag. Fed. quā ipse allegat dū dicit, quanto magis, ēt uult arguere à maioritate rōnis. qđ argm̄ procedit, sed ecōtra nunquā. & sic arguere ecōtra, uidelicet de crimine hæresis ad crim. læsæ maiest. esset arguere, de maiori ad minus. Secundo rñdetur ꝙ in crimine hæresis ꝙ pœna, & eius punitio extendat. aliæ rōnes militant, q̄ non militant in crim. læsæ maiest. Primo, q̄a illud tēdit in fauorem fidei, tunc. n. ēt in materia pænali uerba largo modo, & in ꝓprie intelligūtur, & sic fit extēsio. ita singlr nota. Panor. post. Host. in c. 2. ī fi. de diuor. Secūda rō, q̄a ex offensione diuina, si delicta grauiter non punirent pestes, terræmotus, & alia infinita mala prouenire possent. in aut. ut nō luxuriētur hoīes cōtra nām coll. 6. Tertio quia tractatur de fauore animarū tunc. n. debet fieri extensio ētiuris pænalis. ꝑ illud qđ not. gl. in c. sciant cuncti. & in c. fi. de elect. in 6. & ita tenet do. Abb. in consil. 22. incip. in quæst. mouenda inter Ant. circa fin. idem tenet Ioan. And. ī c. ex tenore. qui filii sint legi. & ibi Pā. reputat singulare, & non tradendū obliuioni 17 † cōstitutio pœnalis debet extendi, & largo modo

modo interpretari, qñ emanauit, ut euitent pericula animarũ. idẽ tenet Gem. in c. 1 §. fi. in 1. col. de hom. in 6. & ꝑpea Alex. consi. 42. in c. su ꝑ pmisso themate. col. fi. circa fi. 1. uol. signanter dicit, ꝙ fauore fidei, & animarũ, ẽt in mã correctoria fit extẽsio. sicut enim anima pfertur corpori. ita bona illius pferuntur bonis corporis, & ideo nimirũ si quãtũ ad crimen hęresis, quod est cõtagiosum, & multos inficere solet, ut periculum animarũ euitet, fuerit introductũ, ut pœna extẽderet. & hæc est solutio cui Apollo non rñderet Christo. ut uerbis utar Bal. in c. quæ in ecclesiarum, de const. potest etiam aliter rñderi quod uidelicet in illis iuribus cõprehendũtur filiæ, qa expressum est. Item illa iura non loquunt quã tũ ad pœnã incapacitatis respectu successionis extraneorũ, quare non militãt, postremo auctor tractatus deduxit aliud fundamentũ de extrauag. Feder. ubi ponit uerbũ, liberos. & de l. fi. C. de bonis ꝓscripto, ubi ponit uerbum, posteros, per quæ uerba uult. l. qsquis. quantum ad uim comprehensiuã uerborũ filiis esse declaratam, nã quia primis onerata esset hæc quæstio, rũdebit plusquã perempto rie in q. seq. in qua eadem iura deduxit auctor pro fundamento suæ opin. & ẽt rñdebitur ad extensionem passiuam, quã dicit hre locum in mã correctoria, ad quod ẽt rñsum fuit plene in 1. q. circa fi. Ex quibus remanent sublata oĩa fundamenta auctoris, quibus se Herculis manu clamant abstulisse putabat.
18 † estq. cõsequẽs cõclusio. ꝙ pœna l. qsqs, q̃tum ad incapacitatẽ successionis aliorũ q̃ parentum nõ trahitur ad filias, & ita intrepide tenẽdum puto saluo semper saniori iudicio.

1 *Pœna legis, quisquis quæ loquitur in filijs ad nepotes an extendatur.*
2 *Nepos etiam uenit appellatione filij*
3 *Nepos in materia correctoria uenit nomine filij.*
4 *Infectio criminis læsæ maiestatis lepra quædam dicitur omnes inficiens.*
5 *Pœna in crimine hæresis ad secundum gradum extenditur,*
6 *Nepotes uere non ueniunt filiorum appellatione.*
7 *Nepos non uenit filij appellatione in materia odiosa etim in legis dispositione.*
8 *Priuilegium filijs concessum ad nepotes non extendatur, nec odium.*
9 *Pœna ĩcapacitatis spurij non trahitur ad nepotes.*
10 *Nepotes non ueniunt nomine filiorum in his in quibus interpretatio stricta fieri debet.*
11 *Auus nepotes ad pœnam obligare non potest.*
12 *Nepotes auo mortuo concepti ad eum nihil spectare dicuntur.*
13 *Nepotes filiorum appellatione continentur filio de medio sublato.*
14 *Verba legislatoris enunciatiua non disponunt.*
15 Relatiuũ *debet intelligi secundũ qualitates relati*
16 *Error præsumitur quando aliud in referente quã in relato reperitur.*
17 *Collaterales non puniuntur ob crimen læsæ maiestatis.*
18 *Pœnam in crimine læsæ maiestatis ad pastores trãsmitti qualiter intelligatur.*
19 *Constitutiones extraordinariæ sunt apocriphæ, allegari merentur.*
20 *Leges Cæsaris non aliter recipiuntur in Gallijs quã quod bonæ sint.*
Rex *Francorum legibus* Cæsaris *non subditur.*
21 *Asperitas dominorũ temperanda est, non imitãda.*
22 *Hæresis æquiparari potest crimini læsæ maiestatis, at non econtrario.*
23 Lex *declaratoria pœnam imponens respectu pœnæ non trahitur ad præterita.*
24 *Punitionis rõ nõ æque militat ĩ nepetib. sicut ĩ filijs Causa magis in propinquo operatur, quàm in remoto.*
25 *Nepos patris imago dicitur.*
26 *Filius, & nepos eadem persona censentur.*
27 *Delinquens in seipso punitur, in filijs, aut nepotibus puniri non debet.*
28 Pœna *incapacitatis, & infamiæ quæ infligitur filijs non trahitur ad nepotes.*

QVAESTIO. VII.

TErtio quaero quot modis fiunt sortilegia loquendo de omni specie, ut supra. Rñ. multis, ac uariis modi fieri posse. 1 † Pro cuius intelligentia sciendum est quod duplex est sortilegiorum professio, tacita .s. & expressa intelligẽdo de professis cuiuscunque speciei. Tacita n. professio est promissio quaedam quãuis facit alteri ꝓfessio de obseruando q̃ sibi mandauerit sub promissione, qđ grandia faciet, & mirabilia in uita sua cognoscet futura, & multa alia his similia, dũmodo fidẽ catholicam abiiciat, & omnia ecclesiastica sacra pessundet, & totis eius uiribus adhaerebit cultui. & obediẽtię sui magri & illum tanq̃ uerũ principẽ adorabit cultũ uerae adorationis sua idolorũ forma sibi praestãdo, & alia hmõi turpiora pacta, & cuncta opera ꝑ ipsum facienda sub illius nomine, & deuotione cõficiet. & ista dr̃ tacita ꝓfessio, q̃a non fit ꝓprie cum daemone, sed cum ministro daemonis, & in qua nullae interueniũt solẽnitates extrinsecę, quę interuenire solẽt in expssa professione. sicut est solẽnis stipulatio, fides praestita per iurm̃ de obseruantia ꝓmissorũ. item homagiũ, & fidelitatis ꝓmissio erga daemonẽ una cum postergatione, & omnimoda diuisione fidei christianę, & aliis quae in ea reqrantur, ut in c. q. sine saluatore. 26. q. 2. & uide sum. cõfes. eo tit. q. 36. ubi fit mẽtio de utraq; professione, & pacto habito cũ daemone. s. tacito, & expsso, & eo. tit. q. 10. 2 in fi. † quã submissionem ipse dęmõ postea ratã habet, & reddit se facilem in obsequẽdo uolũtati, & appecitui illius sicut aliorũ. quo facto oĩa sortilegia sicut expsse professi fabricare incipiũt, ut ibi nota. & notatur ẽt ꝑ quẽdam Mod. theologũ in quodam suo trac. de strigi. mag. demon. mirand. lib. 1. c. 4. & l. eosum. in prin. C. eo. tit. & in c. 2. de sortil. ubi dr̃ de illo qui aspiciebat in astrolabio ꝓ inueniẽdis furtis, & de hac tacita ꝓfessione uř etiam meminisse text. si bene considerentur uerba sua in d. c. nec mirũ. § negromantici uer. ad haec omnia, ubi post narrationẽ certorum remedio:ũ quę fiũt erga maleficiatũ pro salute corporis, subiũgit textus haec oĩa fieri arte daemonũ ex quadã pestifera societa 3 te hoĩum. & angelorũ malorũ exorta. † Altera uero dr̃ professio expssa, & est illa quae fit expsse cum ꝓprio daemone. & ista est duplex una quae dr̃ solennis, siue publica, altera quę dr̃ priuata. Solennis n. & publica est illa quę fit cũ dęmone dum publice residet in solio maiestatis more principis, qñ fiunt uniuersales cõgregationes oĩum strigarũ, & maleficiorum negromãtium cuiuscunq; gñis ꝓfessorum certis nocturnis horis, locis & tꝑibus daemonis arbitrio cõstitutis ubi uniuersitas astãtibus fit ista ꝓfessio. Priuata uero est illa q̃ fit cum ipso daemone pacto expsso cũ iurto ut infra, citra tñ solennitates, & hominũ multitudinem, unde contra istos dr̃. Esa. 28. c. dixistis, ꝑcussimus foe luscum morte, & cũ inferno. fecimus pactum, & de hac fit mẽtio in sum. confes. eod. tit. q. 4. in princ. q. 6. & 7. fiunt qñque eisdem solẽnitatibus, quibus fieri solent ueri. & solennes ꝓfessiones monachorũ in Christi religione dum ꝓfitentur regulam monasticam relinquentes mundum. 4 † Illi uero faciũt contrarium, q̃a relinquunt primo Deũ saluatorem abnegãtes illius nomẽ, & baptismũ, & postea reliqua sacra ecclesiae, deinde adhaerẽt daemoni eidemq́. perpetuam obediẽtiam spõtanea uoluntate ꝓmittunt, superaddentes ẽt sacrm̃, & homagium indubitatum, adeo ꝙ penitus efficiunť daemoni subiecti, & plusq̃. uassalli, & ex tunc cõtrahiť inter homin em, & daemonẽ amicitia quaedã, & pestifera societas ex qua multa mala, & turpissima oꝑa conficiũt, & quaedã alia turpiora faciunt q̃ referre nõ audeo uide illũ Moder. theologũ in d. tract. de strig. demon. mir. liq 1. in 4. c. ubi latius omnia ista potuit, & in sum. conf. eo. tit. c. 3 in prin. † Isti uero 5 q expressam ꝓfessionẽ feceiũt, reddunt etiã expssum cultũ adorationis daemoni ꝑ solennia sacrificia q̃ ipsi faciũt diabolo, imitantes in oĩbus diuinum cultum cũ paramentis luminaribus, & aliis hmõi ac precibus quibusdam, & orõnibus q̃bus instructi sunt, adeo ipm̃ adorãt, & colaudãt cõtinue sicut nos ue

sum creatorem adoramus.26.q.5. cõtra ido lorũ.& est gl.in c.accus.§. sane. de hæret. lib. 6.& in summa.cõfes.eod.tit.q. 2.& 3. 26 .q. 6.non obseruetis. & eadem causa, & qõ. 2.q sine saluatore.ubi est bonus tex.in quibus aũt, locis,& quibus tpibus hæc faciunt dicẽ infra. q.seq.Et hoc pcedit,q a diabolus summope re desiderat ab hoĩe adorari.& Deum ipsum creatorẽ in hac adoratione imitari, qđ pue nit ex illo pctõ superbiæ, quo ipse Sathanas uoluit se facere æqualem deo,& pariter sicut ipse adorari qđ pctm̃ adhuc in se retinet, ut dicit S. Tho.in 2.2.q.95.art.5.& S. Aug.in lib.10.de ciu. Dei, cuius dicta tradita sunt . 26.q.5.nec mirũ.§.augur.uers.sed hoc quos dã fallit.& uers.ad hoc.ubi dr̃, q † Sathanas ad hoc ualde nitiẽ ut adoretur quasi Deus,& ppea illi qui interueneũt in dictis sacrificiis & expresse ipsum Sathanã adorant ipsi sunt sibi ceteris prædilectiores nihil petũt qn ex audiant ab eo ex his q̃ ipse facere põt, & si petunẽ ea q̃ ipse facere nõ põt fingit illa face re posse, & p multas illusiones decipit suos pfessos,& ppea dñt quidam q sortilegia,& maleficia q̃ fiunt p istos sunt ceteris atrocio ra,& grauiora quippe, quia diabolus summopere cupit istis complacere à quibus maius pmiũ recipiat, & isti sunt q solẽt qñq; strue re imagines ceræ,uel cretæ, seu alicuius mix turæ gummarum,& similium.dicit S. Aug. in l.21 de ciuitate Dei,hęc uerba not. qđ dæ mones alliciuntur his rebus characteribus si gnis,& carminibus magicorũ non tanq̃ ani mal cibis,sed quasi spiritus signis,quia.n. ho mines in signum subiectionis eis offerunt so lemnia sacrificia,& pstrationes faciunt,gau dent summopere hmõi reuerẽtiæ signa sibi exhiberi.alliciunẽ aũt diuersis signis, ẽm q diuersis uitiis ipsorũ magis cõueniũt. uerba sunt S.Aug.relata p.S.Tho.in trac. qq. disp. 1.par.in tit.de mirac.q.10.uers. uideo. in fi. ubi dicit,† q demones certis tpibus obseua tis, & determinatis carminibus.& signis, ri dibus,& imaginibus cõsecratis uł potius exe cratis euocati adueniunt,quas imagines isti malefici portare solent ad loca sacrificiorũ deputata quibus completis cõposito ingenti igne dictas imagines primo baptizãt in noĩe Beelzebub,principe demoniorum,seu Satha nę,& quibusdam aliis turpioribus uerbis q re ferre non audeo, quibus sic peractis imagines pdictas igni adhærent,& ibi petũt q̃ mala, & infirmitatis uolunt in uera nãli psona illius quẽ uel q ipsa repręsentat imago inferri, & quib.doloribus,& tormentis cruciari, qñq;.n. acubus uel aliis ferribus acutis plorant sibi capita, costas,femora,pectus,uẽtrẽ,aut aliã corporis partem in qua cupiunt exoriri infir mitatẽ in psonam maleficiati de quib.imagi nibus fit mentio in sum.cõfess.in tit. de sort. q.12.ubi dicit,† q hi q faciunt dictas imagi nes dñr astronomi, & illas uocãt astronoma tas,q̃ oĩa opere demonum hñt effectũ cuius signum euidẽs est,qa in eis necesse est scribi quosdam caracteres q nãlr intelligi non pos sunt,& ad nihilũ operanẽ, nisi ad opera dæ monũ execranda, & illinc ad modicũ tps au dit psona illa cõtra quã sortilegia , & malefi cia pdicta facta fuerunt q grauiter dolet, & lamentaẽ de maximo cordis uiscerũ uẽtris se moris stomachi aut capitis dolor,dicens gra ui quadã infirmitate repentina cruciari quã nullus medicorũ cognoscere nec curare põt & hæc est illa quã sortilegus dæmonis arte malefica sibi imposuit interueniente postea, sortilegia formali,ut infra dicam , & ista est ueritas cui nec sacri canones , nec sacrorum theologorũ schola repugnat,ut in d.c.nec mi rũ.§.si aũt quilibet opponit, circa finẽ, ubi ad hoc spãle q̃situm rñdet.S.Aug.& fateẽ,& dæ mones pñt in sanis corporibus Xpianorum immittere egritudinẽ mediante ministerio sortilegi,& malefici,sed reprehẽdit illos qui credũt in eis pp periculũ aię. qa qui in illis credũt recedũt a fide xpiana in totũ, aut du bitant siue uacillãt in ea,arg.c.1.extra de hæ ret.& diximus supra tit.1.q.2. † Non tñ tibi psuades q ex sola illa imaginũ obseruantia tactu,& cerimoniis absq; alia factura, & ma leficio possint hmõi ifirmitates in dictis hu manis corpib.exoriri, qa hoc esset ridiculũ , credere,sed fiũt postea uenenorũ cõpositiões & cõficiunt mixturas maleficii,qđ pstãt ma leficiãdo,aũt in corpore,aut extra corpus in corpore.s.p pu lueres uenenorũ cõmixtos in cibo,aut poto psonæ maleficiendæ,aut p ua rias unctiones factas in aliqua corporis par te,in qua ægritudinem cupiũt exoriri, extra corpus uero fiũt,qñ ipse facturę siue malefi cia sic in unum cõposita abscõdunẽ in lecto psonæ maleficiandæ sup quo iactura sit,a ut sub liminæ ostii cameræ,uł alterius ostii sup quo psona ipsa maleficiãda transitura sit, ił laq.pedib.calcare cõtinget,de quib.latius infra

diceius

dicet in 6.q. Et extamet expresse professi per actis sacrificiis hmõi sæpius cõsueuerūt iter rogare Sathanā in forma idoli super altare existentē, ut futurorū aut ptõrum, siue p̄sen

10 tium occultorū notitiā sibi demonstret. † q Sathanas sub idolorum forma illa r̄nsa restituit de p̄sentib. & futuris, ualde occultis, & remotis uerū, & certū cõsueuit p̄stare r̄nsum ex quo ipse q est spiritus liber, subtilis, & eleuatus nulloq; p̄mit pondere carnis, sicut homo uidet, & exp̄sse cognoscit oīa q̄ fiunt, & facta sunt in uniuerso orbe terrarū, q̄ oīa facile hoī indicare põt, sed q̄ futura sunt minime, qa illa solus Deus nouit esse uera, prout sunt uel erunt in suo esse. qa apud ipsum ut dn̄t Theologi, nulla dat̄ tp̄is determinatio p̄sentis p̄teriti uel futuri, qa oīa sunt illi p̄sentia in speculo diuinę maiestatis, eo igit̄ excepto nulla creaturarū hēt certā notit. à futurorū. ut latius infra dicemus. q. 10. & hr̄ per Esa. 51. c. annunciate nobis q̄ futura erūt, & dicemus, q̄ dii estis uos, & ideo demõ q est Dei creatura, ut hr̄ Gen. 1. nõ põt cognoscere futura ex certa scīa, sed p̄ quasdā cõiectu. ras, ut latius infra dicef in 10. q. quotiescūq; igit̄ fit interrogatio de p̄teritis, aut p̄n̄tis occultis, uel de his q̄ fiunt in longinqs partib. reddit̄ p̄mpta r̄nsio, sicut ab eo qui hēt certā scīam, ut no. in d. c. nec mirū. 26. q̄. 5. & notant Canonist. in c. 2. de sortil. & l. multi. C.

11 eo. tit. † quotiescunq; uero q̄ritur notitia futurorū, tunc nõ uenit tam p̄mpta r̄nsio, sed tardior dubia, & implicita, q̄ppe qa illorū in ueritate ipse est ignarus. quorū certa notitia ad solum Deum spectat, & ad illum dūtaxat cui Deus uoluit reuelare, ut hr̄ Isa. d. 41. c. & dixi supra p̄xime, & hr̄ Act. apost. 1. c. ubi dr̄. non est uestrum noscere tp̄a uel momenta q̄ p̄r posuit in sua p̄tāte. & per S. Tho. in 2. 2. q. 26. art. 6. & dixi infra eo. q. 6. hi uero qui taci tam hūt professionem cum dæmone, licet ipsi quoque sua exercant maleficia dæmonis ministerio, & suffragio, & corpora saucia ab hmõi languoribus sanant, nihilominus non hn̄t eandem uim, & p̄tātem, sicut hi q̄ sunt exp̄sse p̄fessi, & sunt respectu illorū, ut ita dixerim tanq̄ fratres nouitii, aut fratres tertii ordinis respectu p̄fessorū cum ipsi tā in eorū p̄fessionibus q̄ in cultu imitant̄ diuinū, & mores nostræ religionis s̄m diuersitatē professionis, & ceremoniarum. oīa tn̄ ad eundē effectum tendentia, ut dicit tex in c. excõicamus el 2. in princ. extra de hæret. ubi dr̄, facies quidem hn̄tes diuersas caudas uero ad-

12 inuicē colligatas, &c. † Inter quas nõ omictam illas qui arte hmõi iactant se posse inuenire thesauros in locis ualde remotis, & subterraneis absc̄ditos, & q̄nque inducunt homines ad talem insaniam, ut foueas q̄ ingentis cõficiunt pro inueniēdis thesauris hmõi, & ista ur̄ mihi q̄ sit una ex turpioribus illusionibus, quas dæmon hoī faciat, qa in rei ueritate nunq̄ legi, uidi, nec audiui, quenq̄ ex negromantis, magicis, aut sortilegis hmõi aliquos unquā inuenisse thesauros, aut alias aurum uel argentum, sed quamplures uidi huic operi incumbentes qui mirabiliter conati sunt uelle experiri post multos labbores, & diabolicas obseruentias demū nihil uiderunt, nec inuenerunt, nisi terrā, & iō est, qa Deus nõ p̄mittit, nec uult dæmonē posse thesaurizare, qa alias sequeret̄ q̄ isti magici, negromantici, ac cæteri diabolicæ fidei p̄fessores essent cæteris Chhisti fidelib. ditiores ac p̄stantiores, & quā plures reperirēťur ex ipsis Xp̄i fidelibus qui aīo ditādi p̄sequerētur illos, nec curarent xp̄ianā ipsam postergare fidem ut magno thesauro abundareut, & uenerarent̄ ab oībus. Quinimmo uidemus hodie totū oppositum, q̄ isti sortilegi, magi, negromantici, & similes sunt cæteris Xp̄i fidelibus pau p̄iores, sordidiores, & uiliores, & in hoc m̄õ Deo p̄mittente calamitosam unā cõiter p̄agūt, demū uero infelici morte p̄eūt, & æterni ignis incendio crucianť, ut in c. firmissime. extra de hęret. & 26. q. 5. nec mirū, & ea q̄ demõ arguit illos decipit eadē, & similibus p̄missionib. ipsi nos decipere studēt, sed nõ capiūt, nisi aliquos q̄ sunt simplicis cognitionis, & carent intellectu, & rõne, uel q̄ sunt nimirū crudeli, & curiosi q̄ auiditate quadā impudiētes appetūt scire ea q̄ nulla rõne aut honesta causa cõpetit sibi inue-

13 stigare d. c. uec mirū. §. aug. uers. potētis. † Sed q̄ro nūc an astrologi, chiromātici, & similes q̄ ex signis cęlestib. & astrorū cursibus futura p̄dicunt incidūt in p̄dm̄, & ur̄ dicendum, q̄ sic, quia istorū notitia ad solū Deū creatorē p̄tinet, ut supra p̄xime diximus, & habet Es. 41. ca annuntiate. nobis, &c. Tu dic aut isti Astrologi, & alii p̄nominati uolūt futura ipsa p̄dicere ex certa scīa, & non licet eis, quia signa illa cœlestia sunt signa rerum nõ causæ rerum. s. causæ finales, & licet iuclinent

naturam humanam ad aliqd faciendũ, non coartant, nec imponit necessitatẽ alias nulla esset in nobis liberi arbitrii ptãs à Deo tributa si cogeremur contra uoluntatẽ nostrã peccare, ut dicit S Thom. in 2.2.q.17.artic.6.& no.p Abb in c. 2. de sort. aut pdicunt illa p modum demonstrationis, seu inclinationis, & bene dicunt dummodo non demonstrent necessitatem præcisam neq; causatiuã in eo qp rõne liberi arbitrii prudenter homo euitare põt, ut dixi, & isto modo non peccat nunciando. 14 † Iterum quæri põt qd de chiromantia, q est diuinatio qdam quæ fit p lineamẽta manus, an liceat fieri sine peccato, uel sine pœna, dic qp eodem modo aut qs narrat pterita q euenerunt illi cuius manus intuet, & nõ est peccatũ, nec prohibitũ, aut qs pdicit futura, & isto casu sit eadẽ distinctio de qua supra, aut qs uult pdicere necessitatiue, & certo modo, aut inclinatiue. primo casu diuinatio ipsa sapit heresim p ea q supra pxime diximus, secundo uero casu nõ sapit heresim, nec meret pœnam p illa pdicit, qa uaticiniũ istius chiromantiæ fit, ut plurimũ p regulas astrologiæ, ut no. isti summistæ, maxime Io. lec. in sum. cõfess. eo tit q.2.3.& 5.& S.Tho. d.dist.95. artic. Aut nos loquimur de secunda specie q dic amatoria, & hęc sortilegia fieri pñt p utrunq; pfessum. s. tacitæ, & ex- 15 pssæ pfessionis sicut illa diuinitiua, † sed aduerte, qp hæc sortilegia, & ea quę sequuntur tertiæ speciei fieri possunt dupliciter. s. & in corpore, & extra corpus personæ maleficiandæ, ut l. eorũ. in prin. & l. multi. C. eo. ti. & l. si qs aliqd. §. qui abortionis. ff. de poen. & l. 3. §. hęc adiectio. ff. ad l. Corn. de sicar. & hr in d. c. nec mirum. §. nullum suffragium. in uersi. sed hoc quosdam fallit, & c. in corpore. n. fieri dñr per cibũ uel potũ itr. ut d. §. qui abortionis. & §. hæc adiectio. extra corpus autem hoc est extra intestina fiunt per aliquas mixturas cõpositas ex herbarum foliis uel radicibus, mettallis, reptilibus terrę, auium plumis, uel membris seu intestinis eorũdẽ auiũ animalium, uel piscium, aliarumq; similiũ rerum nãlium, illaq; qñq; consuunt in clamyde personæ maleficiandæ ad amorẽ, uel sub capite lecti super quo psona ipsa dormit abscondũt, aut sub limine ostii cameræ, aut alterius sup quo ipse maleficiãdus uir, aut mulier transitura sic. Quidã solẽt apponere imaginẽ ceræ, iuxta ignẽ ardentẽ cõpletis sacrificiis, de qbus supra, & adhibere quasdam preces nepharias, & turpia uerba, ut queadmodum imago illa igne cõsumitur, & liquescit, eodẽ modo cor mulieris amoris calore talis 16 uiri feruenter ardeat, &c. † In istis ẽt sortilegis ad amorẽ ut plurimum admiscent sacramenta ecclesiarũ, sicut hostia consecrata, ut not. glo. in c. accu. §. sane. de hæret. lib. 6. uel nondũ sacrata, sed circunscripta notis, & literis sanguineis super qua dici curant, qñq; unã, duas, tres, qnq; plures ue missas, qb. celebratis tradunt hostiã ipsam non integrã, put est, sed in puluerẽ redactã ualde subtiliter psonæ maleficiandę quã assumere faciũt in cibo, sicut in menestra uel in potu; eodem mõ faciunt cũ calamita immixta aliis speciebus, & tradita, ut supra in cibo, uel potu psonæ maleficiãdæ, ex quo dicunt illã esse naturæ attractiuæ, & qp poterit cor, & uoluntatẽ absorbẽtis attrahere ad amorẽ psonæ tradẽtis, sed oẽs sunt nugæ, & dæmonis fallaciæ q raro uel nunq sortiunt effectũ stante liberi arbitrii ptãte. nimirũ quid esset qp mulier casta, & honesta uiolẽter traheret ad peccãdũ, & ad amandũ illũ quẽ nã ipsa suę cõditionis nõ patit, qa nemo ut supra pxime dixi inuitus cõpellitur ad peccandũ, nisi qui curiose, & sponte accedit ad peccatũ, d. c. nec mirũ. §. auguria, uersi. his ergo portentis non negat, tñ qp demon astutia, & solicitudine sua non possit tã grauiter, & solicite mulierẽ ipsam tentare, & illi psuadere, adeo qp incidat i peccatũ, & incipiat amare uirũ illum quẽ prius 17 nunq nouerat. † Et ideo dixerunt quidã magni theologi, qp si aliqs maleficiatus aut maleficiata reperirit qui deuenit ad effectus quos tendunt maleficia pdicta id pfecto nõ puenit uirtute, & potẽtia maleficii uel sortilegii. rõnibus pdictis, p p liberi arbitrii ptãtẽ, sed deuenit uirtute diabolicæ tentationis, q demon, ut credẽtium aĩas facilius decipiat, aie qp firmiter credãt, qp illa sortilegia faciũt miracula, & uera sint eorũ opera, ipsemet adeo uehementer, & solicite infestat mulierem ipsam tentationibus, & persuasionibus die noctęq; adeo qp nunq sinit ipsum uel ipsam aliquo momẽto quiescere, nec in somnus, nec in uigilia, adeo qd multoties accedẽte, maxime opera, & ministerio extrinseco sortilegi q extrinsecus cooperat, & literis amatoriis, & precibus pollicitationibusq; uerbalib. ad eo qp fragilis sexus sæpe illoqueat, & cadit in peccatum.

pctm,& hoc non ꝑuenit uirtute, & potētia sortilegii, sed dæmonis tentationibus,& operа hoīs extrinsecus cooperantis, ut dixi, q̄ infectant mulierē ipsam tanq̄ uenatores ferā, aut aucupatores, auē, & necesse est ꝙ post aliqđ bellū reddat se uictā in manib hostis, & cedat ꝑꝑ suam debilem nām, & imbecilles uires quas hēt ad resistēdū diabolo, imò per quā facilis est credula, & q̄ noua sunt tā bona q̄ mala libenter appetit, ut no. Gene. 3. & c. forus. de uerb. sig. nec dici pōt hoc uiolēter fieri, sed sponte, q̄a mulier ipsa sponte incipit incalescere in amorē illius uiri, & uolūtarie illum desiderat, & hoc euenit ex natura sua, & uoluntate nō uiolentia sortilegiorū & hæc est facilior uia ad flectendū pudicos aīos & libidinē quā alia, & maxime si qñ hæc tentatio fit, mittunt nuncii. Epistolæ amatoriæ, & similia ad mulierem. his uel similib. modis vnr facilius flecti ꝙ ui ipsius malefici. Et nota unum ualde singulares ꝙ Sathanas uidens, sed minus potētem in hac specie sortilegiorū amatoria, in qua non pōt hoīem in uitum trahere ad amandum, sicut in tertia specie, in qua ēt uiro uel muliere inuita in eius corpore ægritudines intromittit, ut infra latius dicemus in specie illa, & hr in d. c. nec mirum. circa finem. in uers. sed hoc quosdam fallit, &c. † Effectus. n. istius sortilegii requirit puram, & liberam uoluntatē, q̄a nemo amat inuitus, & licet isti uulgares fateri soleant se inuitos amare, & ꝑꝑ poculum assumptū cōpelli ad amandū, hoc est falsissimū si uolumus intelligere de necessitate pcisa, & cōpellat homo rōne, & uolūtate, q̄a hoc nō ꝑmittit Deus ne tollatur liberi arbitrii ptās, quam hēt homo, si tu diceres cōpellitur homo ꝑsuasionibus dæmonis, tunc dico ꝙ nō compellitur in rōne, sed in cōcupiscētia carnis, q̄a fragilis est, & nisi fortiter, & deliberate resistat uel fugiat incidit in laqueum, ut latius infra dicam in hac. q. & hactenus nunq̄ uidi, nec legi pōt maleficiorū ordinationib. siue potius machinationib. ab istis maleficiis sacra misceri, nisi in his q̄ fiunt ad amorē, & in hac specie. † Hoc bis aut ter habui in facto sortilegos, qui huic sortilegio siue maleficio incumbentes hostiā cōmiscuerant, unū uidelicet clericum religiosum qui hostiā ipsam sacratissimā accipiebat cuius partē ipse sceleratissimus q cupiebat amari assumpserat dicendo q̄dam uerba satis turpia atq; nephanda, q̄ hic referre non expedit, reliq̄ uero partē hostiæ miserat ad ipsam mulierem non in forma hostiæ, sed minutatim cōtritā aut in puluerē redactā sumendā in cibo aut potu. Iterū habui aliū q host ā ipsam nondū sacratā acceperat, & suꝑ illa circūcirca cū sanguine annullaris digiti nōnulla uerba satis turpia descripserat deinde ipsam hostiā suꝑ altari imposuerat hoc est super nudo lapide sacrato sub linteamine tñ altaris abscōditā, & à quodā sacerdote rotūdæ cōscientiæ suꝑ illa qnq; missas celebrari fecerat certis orōnib. ad eius ꝑpositū superadditis, deinde hostiam ipsam sumpserat, q̄ tñ nō erat expsse cōsecrata cuius partē ꝑ se assumpserat alterā uero partē ꝑsonæ maleficiandæ tradiderat redactam in puluerē, ut ꝑxime dixi asserentes uterq; ipsorū q hostiā ipsam assumpserat indissolubili amoris uinculo adinuicem colligari nihilominus nullū effectū apparētē uidi nec ꝑcepi. † Nec sunt adhuc anni duo elapsi, ꝙ aliū similē casum audiui Romæ accidisse de quadā impudica muliere in cuius cofanis repertæ fuere duæ hostiæ suꝑ q̄b. ambabus erāt descripta uerba q̄dā sanguinea, &c. quas ipsa tenebat ut asseruit ad effectū tradēdi cuidā alteri mulieri ad instantiā uiri q̄ eiusdem mulieris amorē cōcupiscebat. Alias quoq; nōdū ad annus elapsus, ꝙ duæ impudicæ mulieres Romę quas uidi, & audiui ab excellentissimo uiro Reuerēdo dño Locumtenente Reuer. D. Vicarii Papæ, q̄ illas captiuatas habuerat, & examinauerat, q̄ acceperāt oleū baptismatis quo inunxerāt sibi labia dicētes hęc uerba, fides abrenūcio tibi, & cū labiis illis sic inunctis deosculatæ fuerāt uiros quosdā causa ꝑtādi amorē ab ipsis, ut ipse asserebāt nihilominus demū oē experimentū fallax, & suorū excessuū cōdignas uidi luere pęnas. Aliud exēplū à triennio, & citra in eadē urbe cōtigerat ꝙ q̄dā turpissima mulier acceperat particulā cutis illius qua infans indutus egredit de utero matris quam primū uenit in lucem, illamq. fili suꝑ nudo lapide sacrato latuerat, & suꝑ illa plures missas numero qnq; celebrari fecerat, cutimq. pdictā postmodum assumpserat, & baptizauerat sub noīe ꝑsonæ maleficiādæ cū aqua baptismatis, & cærimoniis cōsuetis, deīde eandē in puluerē redegit ad effectū tradēdi ꝑsonæ maleficiandæ, tñ interim capta fuit, nec perficere potuit sortilegiū, sed cōgruas sceleris sui luit pœnas. † Redeundo

Redeundo igit ad ppositū dico q̄ isti sortilegi sæpius reqrūt remedia sacramētorū ecclesiasticorū in istis sortilegiis amatoriis uidētes forsan q̄ diaboli auxiliū nō est sibi satis putantes sm̄ dæmonis psuasiones, q̄ sacramenta hmōi summopere cōmoueāt animos hominū ad amādū terrena, & illorū cōcupiscentias nāles, sed in hoc iudicio meo summopere decipiunt putantes tm̄ immensum Eucharistię sacrm̄ mundanis lasciuiis, & peccatis pstare suffragiū, qa in sacrificiis nullū aliud est maius p qd̄ oīa tollunt peccata, & anima christiani p ipsum unit Deo, de cōsec. dist. 2. cum oē crimē & c. nihil in sacrificiis. & in cle. 1. de reliq. & uene. sanct. & ibi no. d. Card. & similiter cetera sacra, q̄ ad exclusionē spiritus maligni, & purificādū aīam a peccatis, & ad cōfirmandū unionē fidei christianæ adinuenta fuerunt, put est oleum sanctū baptismatis, chrismatis, & extremæ unctionis. 1. q. i. detrahe. & c. firmissime, de hæret. & de cōsec. dist. 4. in prin. & eadē dist. c. presbyteri. c. nullus ministrorū. & tetigi supra in tract. de hæret. in 2. q. in prin. fatuū esset dicere qd̄ istos 22 cōtrarius effectus opetarent. †Sed ego credo q̄ Sathanas sub hac specie uehemēter decipit istos sortilegos psuadēdo illis q̄ istorum sacrorū abusus parit mirabiles effectus quo ad amorē, sed hoc ipse facit in uilipēdiū christianę fidei, & ut grauius offendat diuinā maiestatem, quinimmo qn̄q; reperiunt quidam sacerdotes qui sunt adeo proteruæ, & reprobę cōsciētię, q audent in ipso sacrificio missę sciēter, & dicere nōnullas prauas orōnes & nepharias preces, & maleficiādā psonā noīare & apprehēsis sortilegiis sup altari manibus propriis illa immolari Deo nō uerent exorātes q̄ suscipiant exaudiendæ preces, ut illum ad quē destinata sunt sortiant effectū, ex quibus apparet, q̄ Sathanas adeo subtiliter operatur, q̄ ab hoībus, & sacerdotibus Dei ministris apud altare sacratum cultū adorationis extorquet ī maximū dedecus ecclesiæ, & diuinæ maiestatis offensam illos decipit, prout uidimus supra proxime de thesauro. Quidā alii capiunt cutim uirgineam infantis de quo supra diximus, aut alterius quadrupedis non dū nati, hoc est qn̄ nasc ī abortiuum, quā redigūt in mēbranā, quā appellāt chartam, uirginē, & tenent qn̄q; in forma quadrata, qn̄que uero in forma rotunda, sicut hostia uel parū minus, & sup illis describunt aut scribere faciūt uerba incantatiua, & cōiuratiua spiritoū qbus immiscent certos characteres, & signa qdā extranea qbus dęmonū inuocatio conti23 net, ut latius infra dicet qō. 8. † q dæmones magicis artibus aduocati, mediantibus istis sortilegiis characterib. & signis coacti adueniūt certis tpibus obseruatis, & determinatis carminibus, & richib. & imaginib. cōsecratis uel potius execratis, ut dicit S. Thom. in tract. qq. 1. partis. q. 10 uers. 9. in tit. de mira. ubi ēt dicit q̄ p ista uel similia noīa dæmones uocati cogunt uenire si magus illos aduocat, & licet infint, & appareāt aliqua noīa Dei. nihilominus illorū finis, & ultimus effectus semp tēdit ad istud, sed iō illa Dei noīa apponūt, ut facilius legentes decipiant, & credāt p illorū noīum expressionē rē ipsam sanctā atq; deuotā esse. Et ex istis q̄ plurimas uidi, & abstuli de manibus maleficorū, & inter alia sæpius uidi ista uerba inserta, agios othe os, agios ischyros, agios athanatos, hoc est Deus acharō, Deus immortalis, & clarum est q̄ hoc nomē acharō. est nomē Sathanæ, siue Beelzebub, ut no. 4 Re. dum Elias diuino nomine inspiratus reprehēdit Ochosiā regem q derelicto diuino cultu deos extraneos adorabat dicēs Nunqd non est uobis Deus uester Deus Israel, ut eatis ad cōsulēdū Beelzebub, Deū Acharō. delecto quē ascendisti nō resurges &c. Quidā alii admiscent in ipsis sortilegiis amatoriis partem aliquā clamydis aut camisiæ filū hr̄e pnt psonæ maleficiandæ, & cū illis, & aliis mixturis cōponunt facturas suas, qdā uero capiūt auium aut brutorum ītestina uel mēbra seu alia corporis uel membri particulā, put qdā cæpere iecur uulpis, oculos lupi, aut illius caput, cor cerui, noctuę ītestina, aut bubonis, linguā milui aut philome24 næ, & similiū. †Nec putes q̄ sola istarū rerū mixtura sufficiat ad causandū pdictos amoris effectus nisi adhessent uerba diabolica exorcizantia, & sortilegi mēs, & intētio pdicta oīa Sathanæ uouētis, & ueluti sacrificia immolātis ad hmōi turpes effectus. quemadmodum. n. p uerū sacerdotē immolat hostia quę Deo creatori cū deuotione offert ita p istos maleficos, & sortilegos uerū diuinū cultū imitātes uiolātesq. hæc eorū reproba sacrificia immolant, qbus oblatis, & emissis pcib. statī efficiunt à dæmone cōsecrata, seu potius execrata. p no. in d. c. nec mirū. §. sed hoc quosdā &c. & S. Aug. in li. 10. & 21. de ciu. Dei idē testatur

ftatur uide.S.Thom.in tract.qq.dispu.q.10. uers.nonũ,primæ partis ĩ ti. de mira. & ĩ uer. ĩndeo,in fine. alioq̃ sequeret̃ ꝙ q̃libet alius Christianus extra illorũ ꝓfessione si hr̃et notitiã illorũ uerborũ posset eadẽ cõficere sortilegia,& eosdẽ effectus cõcipere, qđ nõ est dicẽdum ꝑ ea q̃ supra dicta sunt, & ꝑ ea q̃ hñr in d.c.nec mirũ.§.necromantici. uers.ad hæc

25 oĩa. † Tertia succedit species sortilegiorũ q̃ malefica dr̃,& merito,nam ex illa nullũ bonum,sed oĩa mala proueniunt, diuersæ egritudines ex ipsis sortilegiis in humanis aut brutorũ corporibus exoriunt̃,& mors qñque succedit citius,uel tardius,s̃m uenenorũ atrocitatem,aut lenitate,& ista similiter dupliciter fiunt,aut in corpore,aut extra corpus; sicut amatoria,excepto ꝙ fiũt diuersæ cõpositiones.s.ex diuersis speciebus, & mixturis, q̃a in specie ille p̃cedẽte, ut plurimũ interueniũt res dulces, callidæ, & amenæ humanæ naturæ placabile coadiuuãtes nãlẽ calorem & potẽtiã luxuriãdi, & ideo lex appellat illa bona uel nõ mala uenena, q̃a non sunt facta hoĩs necandi causa,ut l.3.§ hæc adiectio. ff. ad l.Cor.de sic. In hac uero ultima specieq̧ dr̃ malefica,& ꝑꝑ odium uel indignationẽ, ut plurimũ fit ad uindictam, & ultionẽ alicuius iniuriæ,fiunt diuersa,imò cõtraria sortilegia,& maleficia in quibus mala uenena. s.ea quę facta sunt hoĩs necandi cã ut plurimum cõmiscentur qñque plus,quãdoq; minus s̃m ꝙ isti malefici grauiorem uel leuiorem q̃rũt inferre iacturam,& ista pocula uenefica sunt cõiter frigida,amara,& noxia,& naturæ humanæ hoĩumq; saluti cõtraria ut dicit tex.in l.& si excepta.& l.fi.in prin.C.eo.titu.de male.&

26 ideo lex appellat ista mala uenena, & nõ solũ puniet̃ ille q̃ ipsa potãda tradit,uerũ ẽt qui illa cõficit seu componit̃,tenet, & uendit d.l.3.§. hæc adiectio.ex his.n.uarię ac diuersæ ꝓueniunt in humanis aut brutorũ in corporibus infirmitates,& ęgritudines insanabiles exoriuntur.s.febris,tussis,ptisis,frenesis,demẽtia,dilucida interualla,intestinorum corrosio,cordis dolor intẽsus,uel capitis,uentris mugitus,morbus sonticus, mẽbri debilitatio,nerui alicuius attractio, uel alia similis calamitas ex qua corpus paulatim cõsumit̃, & absq; remedio medicorũ tẽdit ad necem. Quãdoq; uero ĩtroducit̃ uirilis mẽbri lãguẽdo, & debilitas renũ in uiro,in muliere uero uuluę arctatio,aut matricis frigiditas, & indignatio talis ex qua uir reddit̃ oĩno impotens ad generãdũ,mulier uero incapax, & undiq; reproba ad recipiẽdũ sperma in coitu, & ad cõcipiendũ,ita ꝙ reddit̃ inutilis pro matrimonio,& fit qñq; separatio non dico thori.sed ipsius matrimonii,& dat̃ facultas iterũ nubẽdi illi q̃ petijt dissolutionẽ, & ego uidi semel in facto casum hmõi,ubi mulier cõquerebat̃ de uiri impotẽtia q̃ ex maleficio hmõi prouenerat,q̃ durauerat ꝑ trienniũ,ꝓut iura requirũt,adhibita postea septima manu ꝓpinquorum fuit facta dissolutio matrimonii s̃m q̃d hr̃ in ca. 1 & c.literæ.de frig.& malef. & no. Doct.in c.fraternitatis.eo.ti. quas cõpositiones,& mixturas isti malefici ex pluribus speciebus uenenorũ cõponũt quædã ex herbarũ foliis festucis aut radicibus, piscibus, animalibus,aut reptilibus uenenosis, lapidibus, atque metallis.uide S.Tho.in tract.qq.10. 1. partis in tit.de mirac.uer.sextũ quorũ tñ quædã in liquoribus,q̃dã uero in pulueribus resoluta tenẽt,& cũ ipsis sortilegia sua fabricare

27 student. † Quidã uero sunt q̃ sola uerborũ potẽtia hoĩem aut brutũ interimũt aut egrotare ꝑmittunt,& alia q̃dã miranda faciunt, ut hr̃ in c.igit̃ genus.26.q.4.& diximus supra hac q.in princ. & tetigi infra eo. q. seq. quæ oĩa dæmonis instructione, & doctrinæ nouerũt,& hæc sunt in ueritate q̃ reddũt humana corpora lãguẽtia uel moribũda sæpe licet in ipsorũ maleficiorũ,siue facturarũ resolutiõibus species, & materiæ q̃dã multũ extraneæ appareãt,ꝓut alias uidi pluries ꝙ p̃dicti maleficiati postquã habuerũt remediũ liberationis sæpius ex pectore ꝓiciũt aut ex ore euomũt,uel inferius ꝑ secessum emittũt acus,capillos.ferramẽta,clauos,plumas, sulphur, lapides, & res demum tales quas impossibile erat dictũ maleficiatum potuisset comedere nõ solũ integras, sed nec fractas uel minutatim ĩ frustra cõcisas.uñ ur̃ q̃d mirãdũ,sed dic ut q̃dã dixerũt qđ Sathanas ad maiorem hominũ deceptionẽ facit apparere dictas extraneas species ĩ resolutione facturę ut res magis mirãda uideat̃ qñquidẽ inspiciunt̃,& cõsiderant̃ ea esse talis naturæ, & formę, & qualitatis,ꝙ impossibile erat illa potuisset ĩgredi in corpore maleficiati per aliquam partem nãliter,sed ĩ rei ueritate nõ sunt uerę species nãles,& ꝙ sit uerũ apparet, q̃a illa emittunt̃ ꝑ uomitũ uel stercus, & sic inter illas materias liquidas apparent a principio cũ primũ

excunt

excũt de corpore, sed si seruates mãs illas bi duotriduo, aut q̃nque dierũ spacio, ꝓut alias ego studiose seruari feci uideres oĩa ea liquefacta penitus, & ipsarũ formas ꝑiisse totas ꝙ si nãlia essent ꝑfecto ĩ sua priori siue prime ua forma remanerẽt nec possent ꝑ aliquos liquores aut humiditates corrũpi, maxime ferrũ, & lapides ꝓꝑ eius naturalẽ duritiẽ, ut manifestũ est oĩbus. † Quidam alii dixerunt ꝙ dæmones ut res mirãda uideat, tunc tp̃is q̃n maleficiatus ꝓuocat ad uomitũ ad opus uẽtris, uelocissime, & inuisibiliter afferũt ibi species illas, siue materias, de q̃bus supra, ueras, & naturales, quas aliũde acceperãt, & attulerãt ibi. Sed nota ꝙ licet demõ sui potẽtia naturali hoc facere posset, & tã dextro mõ illas ĩserere in uomitu uel stercore maleficiati ꝙ nullus hoĩum aduerteret, tñ prior opin. mihi magis placet ꝙ sint apparẽtes species sub illis formis nõ naturales, q̃d sit uerũ appa et rõne ꝓdicta, q̃a cõiter nõ durãt sub illa forma, sed breui tp̃e resoluunt̃ in illis liquoribus cũ q̃bus mixta aduenerãt, ꝓut ego pluries uidi, & manibus ꝓpriis tetigi, quæ à principio ut dixi apparebant ueræ, & naturales, & retinebant in se nescio q̃d duri, tñ breui tp̃e ut prædixi resoluunt̃, & pereunt. Quandoque uere istæ mulieres maleficæ siue malefici media nocte ingrediunt̃ thalamũ ꝑsonæ maleficiãdæ (in quibus q̃õ, & qualiter ingredi pñt, maxime q̃ũ ostia, & fenestræ sunt oĩa clausa, & fortissimus feris, & clauibus cõclusa, dicetur infra eo. q. 8.) † & maleficiandum ipsum siue masculus sit, siue fœmina dormiẽtẽ suis liquoribus, aq̃s, oleis, aut pinguendine, siue aliis similibus unctionibus plura, & diuersa uenena cõtinẽtibus in ungunt q̃nq; fæmora, q̃nq; aũt uẽtrẽ, aut caput, guttur, pectus uel costas, seu aliã partẽ corporis personæ maleficiandæ, q̃ sic dormiens nihil sentit, & est tãta uis, & potẽtia illius unctionis ꝙ paulatim durante calore ipsius dormiẽtis ĩgredit̃ intus carnes, & uadit ad penetralia cordis uiscerũ maleficiati, unñ paulopost causant̃ ingẽtes dolores in corpore maleficiati, cum primum. s. maleficiũ uel factura, ut dñt, tangit intestina maleficiari, illinc succedũt maximi ululatus & lamentationes quã crebre, & hoc uno modo sortilegiã uenefica fiũt in corpore, q̃a maleficiũ siue factura tãgit intestina. Alio modo fiũt simil̃r in corpore, ꝑ cibum aut potũ, quia ista eorũ uenena & maleficas mixturas in puluerẽ, ut plurimũ redactas in uino uel ferculis intromiscẽt, & isto modo tradũt mala fercula & pestiferos potus ignaris, & his qui bona fide cũ eis comedũt uel bibũt, & ideo cõsulo oĩbus ut quã maxime præcaueãt necomedãt uel bibã cũ eis qui dñr malefici aut cum mulieribus maleficis sed fugiãt eorũ uel earum conuersationẽ, & merito constituit Imꝑator ꝙ istorũ conuersationẽ, & amicitiã quamuis uerus sit unusquisq; oĩno fugiat. l. nullus. C. de mal. & matth. q̃a sunt inimici humani generis & hostes cõis salutis, ut dicit text. in l. & si excepta in pri. & l. fi. C. eo. titu. semperq; studẽt inferre aliqua mala in humanis corporibus uel in bonis & hoc faciũt dæmone istigante, ut semꝑ operent̃ malũ cõtra aliquẽ ex Christi fidelibus, & necesse est ꝙ hoc faciant imperãte Sathana postq̃ illius impiose subiecerũt & promiserũt obedientiã ut latius diximus supra ea. q. in pri. in 2. species. † Alio modo fiũt hæc maleficia. s. extra corpus quod est q̃n isti malefici abscondunt in capite lecti uel in alia parte suꝑ qua maleficiãdus iacere debet ipsa uenefica sortilegia aut sub limine ostii cameræ abscõdunt eadẽ dũmodo ꝑsona maleficianda suꝑ illis trãsitura sit & illa pedibus calcare cõtingat, q̃a statim facta calcatio ne q̃n sunt in limine uel facta iacẽtis corporis q̃n fiũt in lecto factura ipsa sortit̃ effectũ, recipiũt q̃nq; certa uenena adeo atrocia & furibunda q̃bus pedibus calcatis statim petit q̃ illa calcauerit, quædã alia sunt q̃ nõ statim occidũt, sed spacio duorũ triũ uel 7. aut 10. dierũ plus uel minus s̃m ꝙ uoluerint ipsi malefici, q̃a sciũt illa tẽperare, ꝓut ex pluribus confessionibus reorũ istius criminis accepi q̃ similiter fassi sunt ex q̃bus rebus conficiuntur & qual̃r fiat illorũ tẽperatio & quẽ effectũ operant̃ singula q̃ hic referre nõ licet, sufficiat tibi scire ꝙ hæc fieri pñt arte & idustria demonis ex rebus naturalibus ministerio & opa sortilegi ĩteruenięte, ut fatet̃ S. Aug. ĩ li. 10. de ci. Dei. & h̃r 26. q. 5. c. nec mirũ circa fi. & l. multi. & l. eorũ in prin. cũ pluribus aliis ll. C. eo. tit. Et no. unũ q̃d in oĩbus sortilegiis cuiuscunq; sint speciei semper interueniũt uerba quædã malefica, opus illud quodcunq; sit demoni cõsecrantia, & eius auxiliũ ad id faciẽdũ siue potius machinãdũ inuocãtia. Concludo igr̃ in hac materia, ꝙ ĩ quolibet sortilegio tria cõcurrere debẽt ꝑsona malefica. s. ꝓfessa, uerba cõsecratiua, & materia consecrata.

& ad illum effectum composita, excepto ma leficio incãtationis quod neibis tm̃ perficit, ut hr̃. 26. q. 4. igitur genus. & q. 5. nec mirum. & supra diximus hac ea. q. in pñinc.

1 *Sortilegia in quibus locis, & tempore fieri soleant.*
2 *Lux ueritatis Christus uniuersum mundum illuminans.*
3 *Sortilegia quare potius de nocte quam de die fiant.*

QVarto quæro quibus locis, & temporibus hæc sortilegia fabricantur, & ubi ipsi sortilegi, & alii similes conuenire solent.† Rñdeo, ꝙ ut plurimum in locis forestibus, occultis, subterraneis, & ab hominum conuersatione remotis, & peregrinis, ruinosis atque desertis, & semper de nocte fiunt, ut no. in c. epi. 26. q. 5. ratio põt esse duplex. Prima; qa dæmon post casum ex paradiso effectus fuit obscurus, & tenebrosus, ut cõcludunt cõiter theologi & maxime S. Th. in tract. qq. q. 16. art. 1. & 6. in tit. de demon. cõñs est, ꝙ omnia opera quę ipse facit fiãt ĩ obscuro, & tenebroso loco, & tp̃e, eo maxime ẽt quia opera ipsa sunt peccata quæ cõiter dñr nigra, & opposita luci ueritatis uirtutis, & iustitiæ merito conficiẽda sunt tp̃e nigro, & obscuro iuxta illud cõe dictum. ꝗ male agit odit lucem. 18. q. 2. perniciosam. & de pnĩa dist. 1. item si ante.† Lux. n. ueritatis est illa quæ illuminat oẽm hominem uenietẽm in hunc mundũ, quæ est Christus, ut hr̃ Ioã. 1. 3. 5. 8. ca. 50. inter claras. in prin. C. de sum. Trin. & est lux interna q̃ clarificat animã, & intellectũ hominis. de cõsecr. dist. 4. in princ. Sathanas. n. uirtutibus, bonis operibus, & ueritati quantum põt aduersatur, ex quo ipse mẽdax est, & tenebrosus, ut supra diximus, nimirũ si loca sordida. obscura, & tenebrosa sibi elegit ad similitudinẽ sui, ut not. Ioã. 3. c. & 81. dist. ualẽt interdum.† Secũda reddit ratio quare potius de nocte q̃ de die hæc opera fiunt, qa si de die fierent possent uideri ab aliquo, & facilius discooperirẽtur eorũ maleficia, & deuenirẽt ad notitiam curiæ, & iniustitiæ facilius caperẽtur puniirenturq; ne igr̃ tam facile detegantur, & impediantur eorũ opera fieri, & sacrificia celebrari, faciunt de nocte in locis p̃dictis, ut a nemine habeant impedimentum p̃ ea quæ supra dicta sunt. & not. in d. c. epi. 26. q. 5. & cap. nec mirũ. ea. q.

1 *Sortilegi quibus rebus, aut instrumentis in suorum fabricatione facinorum utantur.*
2 *Futurorum responsa ut plurimum sunt dubia.*
2 *Sortilegia facta per homines tacitę professionis per quæ fiant instrumenta.*
Instrumenta sortilegii amatorii quæ sint.
3 *Sortilegia extra corpus quibus fiat instrumentis.*
4 *Homo, absque Dei gratia, diabolo tentanti resistere non potest.*
Diabolus plus timet signum crucis quam cetera omnia quæ in mundo sunt.
Diabolus ante Christi aduentum duas manus habere dicebatur.
5 *Christus per passionem suam à diaboli manibus in se credentes eripuit.*
Mulier ex se pudica quandoque ad libidinem diaboli opera prouocatur.
6 *Sexus muliebris res admodum fragilis, facile decipi potest.*
Instrumenta tertiæ speciei sortilegiorum quę uenefica dicitur, quę sint.
7 *Venena mala proprie quæ dicantur, & quę bona.*
8 *Sortilegia quædam fiunt ex particula cadaueris hominis.*
9 *Imagines de cera fiant quandoque à sortilegis ad maleficiendos homines.*
10 *Imagines quare in sortilegiis fieri soleãt, cum nihil operentur.*
11 *Diabolus sub diuersis instrumentis, & figuris docet sortilegos diuersa committere flagitia.*

QVinto quæro quibus rebus,† mixturis, & instrumentis utuntur isti sortilegi ad hæc sua sortilegia fabricandum. Rñdeo, ꝙ uariis atq; diuersis, istorum pars maior declarata fuit supra eodem q. 5. nihilominus ad maiorẽ expressionem, qa materia ista nõ est minus cõfusa, q̃ diffusa, dicam aliqua ultra ea quæ ibi dixi ideo dic, ꝙ. Aut loqmur de prima spẽ quæ est diuinatiua, in qua qñq; uersantur sortilegi qui sunt p̃fessionis exp̃ssæ, aliqñ uero hi qui tacitæ sunt professionis. Primo casu dic, ꝙ quotiescũque sunt in celebratione sacrificiorũ omnibus fere, & eisdẽ instrũis utuntur ad sacrificandum, q̃bus utuntur nr̃i sacerdotes christianæ religionis, & cum illa reuerentia cultum dæmonis sub idolorũ forma celebrare solẽt, & offerre preces, qua & q̃bus ueri sacerdotes Christianæ religionis uerũ diuinũ cultum uenerãtur, ut no. Io. lec. in sum. conf in tit. de sortil. c. 1. & 2. & no. in c. nec mirũ. 26. q. 5. & in c. contra idolorum.

lorũ.26.q.4.& not.gl.in c.accuſ.§.ſane,de hæ ret.lib.6.& ibi D.Arch.Gemin. & alii ubi ex preſſa fit mẽtio de iſtis ſacrificiis.In locis. n. quæ ſupra ꝓxime diximus quæ ipſi retinent loco templorũ ſolẽt ſæpius cõſtruere aras,& ſuper eiſdem ponere idola, & alias diuerſas imagines,quibus in ipſis ſacrificiis,& ꝑcibus offerre ſolent thura,& alios diuerſos profumos,deferunt ẽt tunicas quaſdam loco camiſi,cottæ,tunicelę,planetæ, uel piuialis, & cũ illis celebrant ſacrificia,habentq. inter ipſos quoſdam ꝗ melius ceteris ſunt diſpoſiti ad illas cerimonias exercẽdum,quos illis prę ponunt, & appellant ſacerdotes,ſicut apud ueteres dicebãtur ſacerdotes Apollinis, & ſimiles,& nũc idem obſeruant Iudæi inter ſe. iſti.n.ſunt qui ſacrificia ipſa manibus ꝓpriis celebrant,& miniſtrans, & maximo reuerentiæ cultu diabolum uenerantur,ac ſi uere eſſet illorum Deus, & hoc eſt in quo diabolus ſummopere delectatur,ut adoreť.d.c.nec mirum,& per S.Th.in ſum.q.94.art.3.in tit. de ſuꝑſt.& hr̃ Matt.4. c.quibus cõpletis ſacrificiis,ipſi ſortilegi ſuas proponunt interrogationes de his qui noſcere cupiunt, & ab ipſis idolis uoce diabolica rñſa ſuſcipiunt de futuris, ac deꝑñtibus occultis, ſm ꝙ ipſi magis ſcire cupiunt,licet futurorũ rñſa ſint ut plurimum,dubia,& ad plures ſenſus accõmodanda,qm̃ futurorũ ipſe dęmon eſt ignarus qtũs uellet illa prædicere ex certa ſcientia, prout ſunt in ſuo eſſe,de quo latius dicã inf.q.ſeq.

2 † Secundo uero caſu qñ ipſa ſortilegia fiunt ꝑ hoĩes qui ſunt tacitæ profeſſionis, & tunc diuerſa interueniunt inſtr̃a, qñq; illa faciunt in aqua per hydromantiam,qñq; in igne per pyromantiam,qñdoq; in terra ꝑ geomantiã qñq; uero utunť aere,qñ faciunt per aerimõtiam,ut late ponit,& declarat iſta d.Hoſt. in ſum.de ſort.§.2.quãdoq; faciũt illa ex inſpectione inteſtinorũ auium, aĩalium,aut ꝑ eorundem uoces garritũ occurſum, & ſimilia, ut late diximus ſupra eo.q.2.& hr̃ in c.igitur genus.26.q.4.& q.5.nec mirũ.& Ioan.lec.in ſum.conf in ti.de ſort.q.2.uer.diuinatio, alii reſpiciunt in aſtrolabio,uel in clauicula Salomonis,ut in c.2.extra eo.tit.Si uero loqmur de ſecũda ſpecie ſortilegiorũ amatoria diſtingue.Aut ipſa ſortilegia fiunt in corpore, aut fiunt extra corpus hæc.n.diſtõ non conuenit priori ſpeciei,in corpore.n.cõiter fieri ſolent per cibum,uel potum,ut l.3. §.adiectio autę ff.ad l Corn.de ſic.& l. ſi quis aliquid.§ qui abortionis.ff.de pœn.& l.eorũ.in princ. & l. multi.C.de mal.& math.& in quibus poculis & mixturis cõmeſtibilibus cõmiſcentur multa quę late diximus ſupra eo. q. 3. quas non expedit iterato repetere uide ibi.

3 † Si uero fiunt extra corpus,& tunc interueniunt q̃dã ligaturę, quas ipſi magiſtri conſuunt in clamide maleficiandi, aut in alia parte latenter abſcondunt,ſicut in lecto inter plumas, uel materatia, aut ſublimine oſtii, uel alio loco ſuper quo perſona maleficianda tranſitura, aut iacitura ſit, & ultra ea quæ diximus ibi in 3.q.adde ꝙ ipſi ſortilegi admiſcent ſępius in iſtis amatoriis aq̃ benedictam.ſ.fontis baptiſmatis,aut cõis amphoræ exñtis in eccleſia,aut oleum ſanctum baptiſmatis, chriſmatis,aut extremæ unctionis,ramos oliuarũ benedictarũ,frondes palmarũ, candelas benedictas,ſacros Agnoſdeos,thura benedicta, cerei paſchalis,& his ſimilia.Qñq; aũt capiunt aliqua ex reliquiis ſctõrũ martyrũ ſi hr̃e pñt ſ.particulas oſſium,capillorũ,uel ueſtiũ. Alii aũt capiunt fruſtula quædam indumẽtorum ſacerdotalium,aliorũq. paniculorũ bñdcorũ quibus ſacra miſteria uenerantur, celebranturq.,ſicut camiſi, corporalis purificatorii, tunicellæ,manipuli,amiti,ſtolæ candidę, lapidis ſacrati.mapæ altaris,platenæ, ſudarii, calicis,& ſimilium,& iſta oĩa,uel eorũ partẽ admiſcere ſolent in ipſis ſortilegiis amatoriis,adhibitis eorũ nefandiſſimis pręcibus,& diabolicis uerbis ad turpes libidinis actus, tot ſacrorũ,& aliorũ ſacrorũ perpetrãtes abuſum.Nec omittam unum quod quidam ex his qui ſunt expreſſæ profeſſionis deferunt qñq; imagines quaſdam ad loca ſacrificiorũ terra,uel cera,aut gũmarũ,ſeu alia q̃uis mixtura confectas,illaſq. baptizant prius nomine perſonæ maleficiandæ,ſub deuotione, & inuocatione diaboli,cum eiſdem cęrimoniis quibus uti ſolẽt noſtri ſacerdotes in uero baptiſmate.& adiiciunt quædã uerba ualde turpia & nefanda,quæ hic inſerere non placet, ne quenq̃ fortaſſe nimis curioſum ad illorũ experientiam cõcitarẽ,q̃uis alius extra ꝓfeſſionẽ effectus hmõi efficere non poſſet,ut latius diximus ſupra in fin.3.q.quib.imaginib. qñq; aperiunt pectora,& ipſarũ corda ingẽti calore ignita reddũt,aut tm̃ detinent ꝙ liquefiunt,putantes ꝙ eodẽ modo cor hoĩs maleficiãdi,uel mulieris ſimili amoris ardore aduret,

3 † Ad propositum nunc q̄stionis nostræ redeundo quæro si reperitur aliquis sacerdos, qui scienter preces hmōi aut similes q̄ non tendunt ad uerum diuinū cul tum, & salutem animæ, sed potius uertūtur in pctm̄, & rem damnabilem in missæ solem ni sacrificio celebrauerit seu alio quouis mo do uouerit aut obtulerit, qua pœna puniat. dic q̄ isto casu putarē esse priuandū oī ordi ne, & gradu officiis atq; beneficiis ecclesiasti cis, & ēt relegandū esse tā ipsum sacerdotem q̄ illum q ipsum cōsuluit, & pmissa fieri mã dat. at. arg. eorum quæ hn̄r in d. c. quicunque in fi. 26. q. 5. ubi si sacerdos pro uiuentibus celebrat missam defunctorum ut illi pro qui bus missa celebrat citius moriātur aut mor

tis periculum incurrant, sacerdos ipse puniet pœnis pdictis, & nihilominus ibi nō apparet de aliqua supstitiosa orone aut cærimoniis, sed solū de turpi celebrantis intentione, quãto magis in casu nostro ille deberet hac pœna puniri q preces istas obscenas diuino cul ti admodū cōtrarias, & q oēs tēdūt ad pctm & totius christianę fidei læsionē, dum quęrit p sacrificium missæ prębere materiā peccandi, & malefaciendi p quam, & eius holocaustum solent peccata dimitti de conse dist. 2. cum oē crimen, & eadem dis. nihil in sacrificis, & diximus in tract. de hæret. q. 2. i princ. nihilominus isto casu non discedere ab opinione Abb. de qua in d. cap. 2. extra eo. titu s.

4 † q pœnæ hmōi sint aggrauandæ uel minuēdæ iuxta qualitatem facti aut turpitudinem siue scandalum q inde exoritur, & personarum cōdōnem, in quibus omnibus plurimū uertitur arbitrium iudicis. Ponamus. n. q esset aliquis simplex humilis sacerdotis idiota qui sit alias bonæ condōnis, & sanæ puræ cōscientiæ, qui ad preces, & mandata alicuius magi principis, baronis, aut uiri magnæ cōdōnis similes pces emiserit, erit ne dicendū q sit puniendus ille sicut aliud uersutus malitiosus, & qui in istis turpitudinibus delectatur, certe non, & ppea bene, & sancte disposuit tex. in ca. sicut dignum, in princ. de homic. & in l. respiciendum. & l. aut facta. ff. de poe. & l. quid ergo. & ibi Bart. ff. de his qui no. infam. & Bart Bald. & alii. in l. 1. §. diuus. & in l diuus. & l. in l. Cor. ff. ad l. Cor.

5 de sicar. ubi dicant † q in omnibus criminibus attenditur principaliter animus, & intentio delinquentis an ex simplicitate quadā uel ignorantia, aut dolo, & malitia inductus fuerit ad peccandum ut his attentis fiat uariatio pœnæ pro quo bene facit textus, & quod ibi no. gl. & Pan. in d. c. 2. extra eo. tit. Præterea ponamus q aliquis persuadet sacerdoti q uoueat, & offerat pro pces quasdā in missa q expresse non apparebāt nec cognoscebant saltem per uirum rudum, & in experiū q essent supstitiosa, ut quia in ipsis appārebant à principio uerba qdam honesta, & religiosa deinde superstitiosa, & diabolica, sederant p nomina quædam adeo ignota ipsa sacerdoti q putabat oīa esse bona, & nullam in se hre supstitionē, isto casu similiter putarē dictū sacerdotē esse lōge mitius puniendū p ea q supra diximus. & d. c. 2. & ibi gl. extra. eo. tit.

D O. IOANNIS NICOLAI Arelatani Iur. utriusque Doct. *Tractatus de hæreticis, quinquaginta notabilia in hac hæreticorum materia, præter ea, quæ in tractatu superiore scripta sunt, e uariis scribentium locis decerpta continens.*

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus ante omnia restituendus est.*
2 *Hæreticus spogliatus non restituitur, & quare.*
3 *Excommunicato obstat exceptio excommunicationis ne spogliatus restituatur.*
4 *Excommunicatus agit ad uxoris restitutionem, hæreticus nequaquam.*
5 *Proprietatis exceptio quoties concludit agentem non possidere, tunc obstat agenti possessorio recuperanda.*

NOTABILE I.

VNum in primi menti mandandum suadeo, uulgata apud utriusque censuræ professores extat regula, † spoliatum esse ante omnia restituendum, usque adeo ut aduersus eum nulla possit obiici proprietatis exceptio. l. quis ad se fundum C. ad l. Iul. de ui publ. c. 1. & c. literis, & ubiq, scrib. extra de rest. spol. Latissime Bart. & ceteri post eum in l. naturaliter. §. nihil cōe. ff. de acq. poss.

2 Hanc tamen regulam restringe † ut non procedat in spoliato, cui agenti possessorio recuperandę obstat exceptio hæresis, ita uult gl. no. in c. quo iure. ubi Piæpesi. Alex. 8. dist. Ratio traditur a quibusdam recentioribus in d. §. nihil cōe. qa hæreticus ipso facto excōicatus est c. excōmunicamus. de hæret. excōicato, † aūt obstat excōicationis exceptio, ita ut

3 spoliatus nō restituat. gl. in c. 1. 24. dist. in uerbo, audiētia. & in c. ex insinuatione, i uerbo, aliud canonicū, extra de procura. Pan. in c. à nobis, de excep. in c. fi. col pen. de ordine cogni. Ergo hæretico utpote excōicato obstare debet excep. hæresis, ne restituatur. Sed hæc

4 ratio nequaquam satisfacit † qm eadē quoque ratione dicendum foret hæreticum ad uxoris restōnem agere posse, cum excommunicamus possit šm glos. in c. qm multos. in uerbo uxoris. 11. q. 3. & Panor. in d. c. fin. qui refert Host. in sum. titu. de restit. spol. §. facienda. uersicul. quid si uir petat, sed falsum est hæretico licere uxorem petitam consequi. capit. 4. de diuor. cap. inter. de

purg.

purg.can. & abunde scriptũ est supra in trac. q.15.num.10.igitur &c. Alia ergo q̃renda est rõ, uerior igr̃ erit rõ hoc ideo esse quia exceptio hęresis ẽt cõcludit in possessorio, qm̃ hęreticus nihil possidere põt, cap.1.& 2. 23. q. 7.dcm̃ fuit supra in tract.q.15.num.3.cũ igr̃ exceptio hæresis ẽt cõcludit ĩ possessorio hæretico remediis possessoriis agẽti obstare debet Nam † quoties ꝓprietatis exceptio opposita concludit agentẽ nõ possidere, tũc talis exceptio obstat agenti recuperãdæ possessionis auxilio, ita Alex.in d.§.nihil cõe.col.6. & seq.maxime in 7. fall.ad regulã d.l. si quis ad se fundum, & Bal.in tit.de pace cõst.¦in uerbo, restituitur, alias est uersi.sub.§.oẽs.idem Bal.in l.1.C.si de moment. possess. & in l. 2. ubi etiam Ang.C.de edic.diui.Adr.toll.Aug. in l.dolo.ff.de doli.excep.

1 *Condemnandus nemo est ex sola confessione quando aliter de delicto non constat.*
2 *Confessio sola sufficit ad condemnationem in crimine hæresis, & quare.*
3 *Confessio facta in foro pœnitentię non probat.*

Notabile II.

1 Commendat† memoriæ ꝙ quãuis ex confessione sola nemo damnari debeat, qñ aliter non constat de delicto l.1.§. item illud. ubi Bart.ff.ad S.C.Sylc.Bal. in auth sed nouo iure.C.de ser.fug.Ang.in l.1.C.de conf.Aret. in tract.mal.in uerbo, & uestem cœlestem abstulit.uers.quid si aliqs cõfitetur se plura furta, col.12.Ias.melius q̃ a'ibi.in l.error, col.3. C.de iur.& fac. ign. Paul.in l. quoties.§.si qs nomen.ff.de hær. inst. cũ aliis ample traditis ꝑ Hipp.Mars.in prac.crim.in princ.& Fed.latissime in c. aud.col. 15.& seq. extra de ꝑscr.
2 † In crimine tñ hæresis sola confessio sufficit ad cõdẽnationem, qm̃ alr̃ de delicto cõstare nõ põt quam ꝑ solam cõfessionẽ, solus etenim Deus scrutator est cordiũ. ita not. Bal. ĩ l.si qs nõ dicã rape. C.de ep.& cle.sequunẽ
3 Fely.in d.c.aud.Intelliget sane, mõ talis cõfessio sit iudicialis, & non facta in foro pnię qa tũc nih l ꝓbaret.tex. in c. sac. ubi Pan extra de off.ord.not.Bald.in d.l.archigerõtes.C.de ep.aud.faciũt no.ꝑ Arch.in c.util. 21. qõ. 2.

1 *Iudex in casu dubio cognoscit an sua sit iurisdictio.*
2 *Inquisitores non cognoscunt an sua sit iurisdictio: quia non intromittunt se nisi in his quę sapiunt, hęresim manifestam.*
3 *Iudici ubi non datur potestas cognoscendi nisi de manifestis, si reuocatur in dubium in illo casu, non potest cognoscere an sua sit iurisdictio.*
Limitatur, & restringitur, num.4.

Notabile III.

1 Hoc quoque in fige pectori, non te fugit ut arbitror † iudicem in casu dubio cognoscere an sua sit iurisdictio, & an conuentus declinans forũ sit suæ iurisd.l.2.cũ ample traditis ibi ꝑ scrib. si quis in ius uoc. non ierit. l.
2 si qs ex aliena.ff.de iud.Nota† tñ ꝙ inquisitores qa se nõ intromittũt nisi in his q̃ sapiunt hæresim manifestã.c.accus§.sane. de hær.in 6. non põt cognoscere an sua sit iurisdõ, ita vult.notab.ĩ gl.in d.§.sane.Arch.& Io.And. Vñ not.ibi Dom.de S.Gem. regulam memo
3 riæ mandandã† ꝙ ubi iudici nõ daẽ ptãs cognoscẽdi nisi de manifestis, si reuocaẽ in dubiũ in illo casu non põt cognoscere, an sua sit iurisdõ, seqtur illã gl.Fel.ĩ c.si clericus laicũ.de for.cõpet.subiiciens, ꝙ iudex non hñs iurisdõnem nisi suꝑ causa notoria, occurrente casu, de cuius notorietate sit dubiũ, nõ potest cognoscere an sit casus notorius, alleg. ꝑdictã gl.§.sane. & assignat rõnẽ subtilẽ, qa si nullo mõ est iudex nisi casu exñte notorio quõ cognoscet de notorietate? nã cognoscẽdo ut iudex non est iudex non exñte funda
4 mento iurisdõnis. Adiicit †tñ hoc esse uerũ qñ uellet cognoscere, & ꝓnunciare tanq̃ iudex, secus si extraiudicialr̃ non vt iudex uellet se informare an casus sit notorius, uel manifestus, & inuenta notorietate cãm aggredi uelit. Et ita intellig ẽ gl.in cap.1.de off.del.in 6.quæ uidetur contraria gl.in d.§.sanè.

1 *Mandantis morte re integra finitur mandatum.*
2 *Inquisitoris officium etiam re integra non expirat morte mandantis*
3 *Limita nisi fuisset inquisitor datus cum clausula ad beneplacitum.*
4 *Clausula ad beneplacitum apposita in concessione officij.*

Notabile IIII.

1 Aduerte quæso ad hæc quæ pulchra tibi uidebuntur, habes tritissimam in iure regulam ꝙ † morte mandantis finitur mandatum re integra, & morte delegantis re integra expirat delegati offm̃ l.& qa.ubi Bart. & Doc. ff. de iurisd. om. iud. not. tũ qđ fauore fidei

2 introductum est † ut inquisitoris officium alicui mandatū non extinguatur morte illius q mandauit ēt re adhuc integra ita Paul & Alex. in d. l. & qa. allegantes expressum text. in c. ne aliqui. de hær. in 6. ubi Phil. Fran. ampliat illū tex. loquentem in inqsitore deputato à Papa ut ēt procedat in inquisitore deputato à quocūque alio q̄ à Papa, & cōprobat pluribus, ut p eum, quidquid teneat Dom.
3 ibi. † Limita nunc singulariter, & declara pdicta ut procedant in officio simpliciter dato, secus si esset datū cum clausula ad beneplacitum, tunc. n. seruaretur quod hr in c. si
4 gratiosæ. de rescr. in 6. ubi dr † quod officium concessum cum clausula ad beneplacitū nostrum, expirat morte concedentis, secus si dicat ad beneplacitū sedis apost. ita not. limitat Io. And. in c ne aliqui de hær. in 6. in nouel.

1 *In hæresim incidit quis nedum uerbo, sed facto.*
2 *Credentes hæreticorum facto qui dicantur.*
3 *Animus declaratur ex factis, quinimo plus est factis aliquid declarare quam uerbis.*
4 *Vsurarius si inhumaniter tractat eos quibus mutuat, & grauiter diffamatus sit, poterit contra eum procedi de hæresi.*

Notabile V.

1 Nota perpetuo, ꝙ † in hæresim quis dr incidere non solum uerbo, sed ēt facto, ita Lapus, But. & Ioā. de Imol. in cle. unica. §. sane de usu. facit tex. in c. æstimant. & c. non solū. 11. q. 3. & c. uiolatores. ubi bo. tex. 25. q. 1. faciunt quæ expresse uolūt Arch. & Io. And. in c. 2. de hær. lib. 6. uariis iuribus cōprobantes
2 ꝙ † factis sicut dictis aliqui pñt dici credētes hæreticorū, ut puta si eos adorauerunt, reuerentiam suo more exhibuerūt, consolationem, uel cōionem ab hæreticis receperunt, uel cōsimilia pertractarūt, quæ ad eorū ritū
3 pertinent. Comprobatur, † nā ex factis declaratur animus, l. dolū. ff. de dolo. c. sic ut enim &c. q uiderit mulierē 32. q. 5. quinimò plus est factis aliquid demōstrare q̄ uerbis, ut no. in c. delicti. de appell. Ideo inferunt Lapus,
4 But. & Imol. ubi supra, † ꝙ si aliquis uerbis nō asserat exercere vsuras nō esse pctm̄, sed factis hoc asserat, puta inhumaniter tractando eos quibus mutuauit, vel simile qd agendo, tūc si ex hoc ita grauata sit eius opin. ꝙ possit dici diffamatus, poterit pcedi cōtra eū de hæresi, & illud refert ibi Card. Zab. q. 6. q̄uis tandem uideatur ab hoc dicto dissentire.

1 *Hæreticus post pænitentiam traditus carceri perpetuo, si inde fugiat, dicitur relapsus.*

Notabile VI.

Non recedant à memoria quæ nunc subii-
1 ciam, † ꝙ hæreticus qui post abiurationem, & pniām fuit traditus perpetuo carceri iuxta tex. in c. excōicamus. 2. de hære. & late supra in tract. q. 20. & 21. si postea aufugiat à carceribus ex hoc solo dicitr relapso est denegãda audientia, & iudici seculari ut puniatr tradendus est, iuxta c. ad abolendam. de hær. ita Felyn. in d. c. excommunicatus post Ioan. Andr. in cap. ut commissi. §. pen. eo. tit. in 6.

1 *Iudæorum collegio quamuis legari non possit, potest tamen uni de Iudæorum collegio legari.*
2 *Hæreticorum collegio nec cuiq̄ de colleg legari pt. Cur diuersum inter Iudæos, & hæreticos.*
3 *Collegio uniuersali, & cuilibet de collegio quando dicatur prohibitum relinquere, quando uero collegio uniuerso relinqui prohibeatur, non etiam uni de collegio.*
4 *Iudæorū collegium hodie reprobatur ratione secta.*

Notabile VII.

Quam sit nephandū crimen hæresis, ex eo
1 apparet, † ꝙ q̄uis collegio iudæorū phibitū sit relinquere. l. 1. C de iudæ. non tñ phibitū est relinquere uni de collegio iudæorum. gl. est nota. in l. 1. ubi Bar. C. de iudæ. Cyn. Bar. & Saly. in l. 1. C. de sacr. san. eccl. & sentit gl. ibi. Idē expressus voluit Bart. in l. dū senatus p
2 illū tex. ff. de reb dub. † Collegio aūt hæreticorū nihil relinqui pōt, nec cui quā de collegio eorū l. manicheos, C. de hær. c. si eps c. in eos. c. uergentis, de hær. extra bo. tex. in c. sane. 24. q 2. ita not. Cyn. Bart & Saly. *in locis* præal. & Soc. post Bar. in d. l. cū senatus. Ra-
3 tio diuersitatis est ſm prædictos, qa † tūc est phibitū collegio vniuersali, vel cuipiam de collegio in particulari relinquere, qñ collegiū reprobatū est rōne sectæ, ut est collegiū hæreticorū, ita pcedat tex. in l. collegiū. C. de hær inst. si aūt collegium nō sit reprobatum rōne sectæ, sed ideo reprobatū sit, quia non reperitur expsse approbatū, iuxta l. 1. C. de col. le. illic. tunc licet non possit relinq uniuerso collegio, poterit tñ relinqui vni de collegio d. l. senatus. gl. in d. l. 1. C de sac. san. eccl. sed ſm Cy. Bart. Sal. & alios in locis pal. Collegiū iudæorū nō est reprobatum rōne sectæ, sed sustinet, ut toto ti. de iud. & patet in l. spadonem. §. iam aūt. ff. de excus. tut. & in l. circunci-

4 concidere.ff.ad l.Cor.de sicar.ergo,&c.†Et si dicat, quod collegium iudæorū uideat hodie reprobatum rōne sectæ.arg.l.fin C. de iud.ubi ab omni offō, & administratione remouēdi sunt iudæi.Itē patet ex toto tit.de iud. maxime iure.Canonū,quo iure facta iudæorū est hodie improbata.Rndetur secundum Sal.in d.l.1.quod aut collegium est reprobatum perpetuo, & secundum oēs, & procedat quod dictū est nihil posse relinqui collegio,nec cuipiā de collegio. aut collegium nō est reprobatum perpetuo, nec secundum oēs, & tunc uni de collegio relinqui pōt etiam si hodie secta collegii improbetur. Sed clarū est collegiū iudæorū olim habuisse legem,& ortum à Deo.& fuisse gētem electā, & sic non fuisse perpetuo, & secundum oēs improbatum,ergo &c. Vide tn̄ Fel.in c.iudæi. el secundo.extra de iud.qui tenet aliquibus medicis contra prædicta, & concludentem iudæo nihil relinqui posse.Soci. tn̄ in d. l. senatus.sustinendo Bar.& sequaces rndet fundamentis quæ pro contrario adducuntur.

1 *Transigere licet super capitali crimine pœnam sanguinis irrogante.*

Fallit super crimine hæresis,& quare.

2 *Episcopus remittere non potest offensam illatam maiestati Dei,ideo cum hæretico transigere non pōt.*

Dispositio l. transigere. C. de transac. non procedit in delictis commissis aduersus Dei maiestatem.

Notabile VIII.

1 Opinor neminem latere † licitā esse transactionem super crimine capitali pœnam sanguinis irrogante.l.transigere, uel pacisci. cū mā.C.de transac.aduerte tn̄, quod super crimine hæreseos (quamuis capitale sit,& sanguinis pœnā irroget.l.arriani.C. de hæret ca.ad abolendam.extra eo.ti.) nequaquam transigere, uel pacisci licebit.Qm̄ talem offensam nemo nisi solus Deus remittere possit, usque adeo

2 ut † nec ēt eps talem iniuriam remittendi potestatē habeat.ita Bal.no.in l.accusat. coll.2. in fi C.qui accus.non pos.motus iuribus, ut per eū refert,& seqtur magnificus. d. l. Purp. in d l. transigere. ubi per supradicta limitat regulam. d.l. transigere, ut scilicet procedat in delictis aduersus proximum commissis, secus in commissis aduersus maiestatem Dei.

1 *Cogitationis pœna nulla est.*

Fallit in crimine hæresis.

2 *Hæresis sola uoluntate committitur.*

Notabile IX.

1 Notissima apud I. C. extat snīa † cogitationis pœnā nullā esse, si cogitatio stat ī eius meris terminis,nec ultra progrediatur l cogitationis.ff.de pœ.& ibi Bar.glo. & Doct. in l.si quis non dicam,C.de epis. & cler. Aret.in §: sed si credat.inst.de obl.ex delic.Bal.in l. non ideo minus.C.de accus. uersi.6. quæritur. Hæc tn̄ uulgata regula nō procedit in crimine hæ-

2 resis,quia† tale crimen sola uoluntate committitur,merito igitur sola uolūtas,& cogitatio punitur,gl.est multū not.in cle.1.§.uerū.in uerbo (eo ipso.) de hær.& Bal.pulchre in d.l.si quis non dicam.Io.de Ana.in ca.si eps, col.3.de hær.& in c.cōsuluit.de usuris.Fel.in trac.de conatu.col.2.uers quartus casus est, & ibi allegat cōcordantes,quem tractatū reperies immediate post lect.suas in calce.titu. de sen excom. ita ēt dicit Zab. in cle.1. & sane.de usur.& in d.clem.1.§.uerum.q.6. & 7.

1 *Inimicus capitalis remouetur ab accusatione iure canonico.*

2 *Inimicus inimicū hæreticū accusare pōt,& quare,*

3 *Hæreticum accusans dicitur suam suorumque iniuriam prosequi.*

Notabile X.

1 Non ignoras † inimicū capitalem repelli ab accusatione, maxime iure canonum ēt si crimē notorium sit.c.repellātur,& c. cum P. de accus.l.q accusare.ff.eo.tit. & late Fely.in d.c.repellātur. Ang. & Imo. in l.is qui reus.

2 ff.de publ iud. Hoc † uerū nisi in crīe hæreseos in quo inimicus inimicū accusare pōt. Ratio est.Nam tunc inimicus dr̄ accusare, ut prosequatur suam uel suorū iniuriam, quo casu aptissimi iuris est inimicū admitti ad accusandū,ut iurib. & locis pall.†Quod aūt di-

3 catur suā, uel suorū iniuriam prosequi probatur, nam quæ cōmittuntur in religionē diuinā oīum iniuriam respiciūt.l. manicheos. C. de hær. ista notabiliter tradit And. de Iser. summus.feudista in auth.gazaros de statu cōtra li.ecc.coll.10 ī uer.diuina quā humana,quamuis cōtrariū attēte. Villadiego supra q.13.n.13.

1 *Mutuans in refectionem domus habet priuilegium tacitæ hypothecæ, & in ea præfertur creditoribus cæteris.*

Fallit in mutuante hæretico.

2 *Hæretica mulier perdit priuilegium hypothecæ,& prælationis.*

Notabile XI.

1 Liga digito quæ sequuntur, ꝙ ꝗuis† mutuans in refectionem domus habeat priuilegium tacitæ hypothecæ, & in ea præferatur cæteris creditorib. l. cred. 1. & ibi Doct. ff. si certum petatur. l. interdũ, ubi gl. & Bar. decl. ff. ꝗ potio. in pig. Fallit hoc tñ in mutuante pecuniã hæretico in refectione domus, ita tradit notabl̃r, do. Ias. in d. l. cred. ꝗ alleg. text. in 2 auth. tẽ priuilegiũ. C. de hær. † ubi mulier hę retica ꝑdit priuilegiũ tacitæ hypothecę, & ꝓlationis, de quo in l. assid. C. qui pot. in pign.

1 *Papa existens in notorio crimine, si incorrigibilis sit, ita quod scandalizet ecclesiam an accusari, & deponi possit intellige nu 3.*
2 *Papa notorie incorrigibilis ubi scandalizatur ecclesia habetur pro hæretico*
3 *Papa deponi potest pro hæresi.*

Notabile XII.

1 Si Papa † est in crimine notorio, uel ꝑ facti euidentiã, uel ꝑ cõfessionẽ suã, & admonitus est incorrigibilis, ita ut scandalizet ecclesiam, potest Papa de tali crimine accusari, ꝗa tunc pro hæretico hr̃. ita uult notanda gl. in c. si Papa 40. dist. sequit̃ Pan. latissime in aureo tract. de cõcilio Basil. in 2. princ. uer. 3. dixi ꝙ põt comprobari col. 10. qui tract. statim subiicitur post cõsilia ubi cõprobat hãc sñiam pluribus fundamentis. idem Pan. in sua disp. in c. eps, col. 14. uer. tertius casus, ubi dicit ꝙ totus mundus approbat d. gl. idem tenet do. Franc. Zab in tract. de scismate. uer. quintus modus, in fin. idem ẽt tenet per multa Lud. Rom. cõs. 523. q. discutienda, quem oĩno uidendum suadeo, ꝗa multa egregia ꝑ 2 hac sñia accumulat † cum igitur Papa ob notoriam incorrigibilitatem, & inobedientiam ubi scandalizat̃ ecclesia ꝑ hæretico habeat̃, bene seqtur, ꝙ & accusari, & Papam denudari poterit, cum ꝑ hæresi & accusari, & deponi possit d. c. si Papa, cum uulgaris, & hr̃ in c. fidei de hær. in 6. ista seqtur Bellam. in d. ca. si Papa, ꝑut eum refert Præpos. ibi, Restrin 3 gẽs† tñ ꝓmissa ut sanè ꝓcedant si crimẽ illud de quo accusatur Papa attingat fidẽ, ꝗa causat scandalũ circa fidẽ, puta ꝗ Papa notorie cõmittente simoniã in ordinib. & uendente beneficia inualescit scandalũ in ecclesia, ꝗa alii inferiores credunt hoc esse licitũ, & ideo ipsi talia cõmittunt, tunc. n. poterit Papa accusari, & deponi, alias secus. Contrariam uero sñiam ꝙ Papa ẽt pro notorio quouis crimine, quantũcunq; incorrigibilis sit, accusari, & deponi nõ possit nisi pro solo hæreseos crimine, tenent aliq relati per Præpos. ubi supra moti pluribus fundamentis, ut per Præp. ꝗ tandẽ vr̃ cum eis residere, asserens ita esse cõem Theologorũ sñiam, uide tñ Lud. Ro. & Pan. in locis ꝓalleg. & patebit ĩnsio ad ea ꝗ̃ in contrarium adduci pñt, non tñ diffiteor quin qõ sit dubitabilis, & anceps ꝑꝑ opinionum uarietatem, & stringenda fundamenta quæ pro utraque adducuntur.

1 *Testis si unum in iudicio dixerit, & postea aliud in eodem iudicio statur primo dicto.*
2 *Fallit in crimine hęresis statur enim ultimo dicto.*

Notabile XIII.

Volo aduertas ad utile uerbum, nosti ꝙ 1 † si testis dixerit unum in iudicio, & postea ex interuallo dixerit aliud in eodem iudicio, statur primo dicto, & non secundo, glo. Anton. Imol. Abb. & latiss. Fel. in cap. cum in tua, de test. tex. & ibi omnes scrib in c. præterea. de test. cog. ubi Fel. multas allegat auctoritates. 2 † In crimine tñ hæresis speciale est fidei fauore ut stetur ultimo dicto, unde quamuis testis primo dixerit aliquem esse innocentem, si postea dicat eum hæreticum, statur ultimo dicto, quamuis utrunque fuerit iudiciale, tex. est notabilis in c. accus. §. licet iuncta gl. in uerbo postmodum, de hæret. in 6.

1 *Filij hæreticorum liberantur à patria potestate.*
2 *Hęreticus non po est substituere pupillari. er impuberi filio.*
3 *Hęreticus intestabilis est.*

Notabile XIIII.

1 Hæreticorũ † filii eximuntur à patria ptãte. & efficiunt̃ sui iuris, adeo ꝙ emãcipatio filiorũ facta postꝗ̃ quis incidit in hæresim nõ ualet, tanꝗ̃ facta de his qui iam erant sui iuris, tex est, & ibi oẽs scrib. in c. ꝗcunque. de 2 hær. lib. 6. † ex hoc infero ꝙ hæreticus non potest filio impuberi pupillariter substituere, nã inter cætera requisita in pupillari substitutione illud quoq; præcipuũ est, ut s. testator impuberem in ptãte habeat. l. 2. ff. de uulg. & pup Quod ex eo maxime procedit, ꝙ nemo pupillariter substituere potest. nisi prius sibi testm̃ fecerit d. l. 2. §. 1. sed notissi-3 mi iuris est † hæreticum intestabilem esse ꝑ tinus ubi in hæresim incidit, cum oĩa bona

ipso facto apllicentur fisco.c. cum secundū, cum uulgatis,de hær.in 6.l.4.C.eod.tit.& supra traditū extitit per Viladiego.ergo liqdo patet eum nō posse pupillariter substituere.

1 *Hæreticus non dicitur qui in dubijs unam opinionē quamuis falsam eligit.*

Notabile XV.

1 Adnotato † ꝙ in dubiis articulis super q̄bus est disceptatio inter maior, eligens unā uiam,seu opinionem q̄uis falsam,non debet dici hæreticus,ita notabiliter Innoc.in c. ne imitaris,de cōstitutionibus,quē sequit Bald. in l.captat.uer.unum scias quod tabellio. C. de test.mil. sequitur Fel.in c.de hær.

1 *Hæreticus non est, qui semel tantum audiuit conciones hæreticorum.*

Notabile XVI.

1 Adiice prędictis aliud notabile dcm̄,ꝙ † audientes sermones,siue cōciones hæreticorum non dñr hæretici. si semel tm̄ audierint,& post ea reuersi non sint,cum non uideantur approbare quod postmodum euitarūt. arg. l.qui contra.C.de incest.nup.& cap.constat. 1.q.1.& cap.ex studiis,de præsump.Ita notabiliter Ioan.And.in c.2.de hæret.in 6.ubi etiā Arch.& Dom.de S.Gemin.

1 *Accidens ad hęreticum causa dicendi eius doctrinā qualiter puniatur.*

Notabile XVII.

1 Adde† simile,& proximo uicinum notabile,quod ille qui accessit ad hæreticum causa discendi eius doctrinam,si tn̄ à fide Catholica non recesserit non debet puniri ut hæreticus,& sic pœna ultimi supplicii,punietur tn̄ ꝑꝑ suam curiositatem pœna decem librarū auri,ut inquit tex.in l.quicunq;.§. eos uero qui discendi.C.de hær. quem allegat glos. & Bart.in l 1.C.de summa Trin.& ibi magnificus dom.Purp.col.13.num.96.

1 *Beneficium Velleiani denegantur mulieri hæreticæ.*

2 *Beneficium Senatusconsulti Macedoniani non denegatur hæretico.*

Notabile XVIII.

Attende ad singulare dictum Vincentii in cap.si aduersus, de hær. † ꝙ mulieri hæreticæ denegatur Velleiani beneficium cum fuerit mulierū fauore introductum,& hæretici perdunt omnia priuilegia fauore alicuius ꝑsonæ introducta l.1.& auth.seq.C.de hæret. 2 Sed † beneficium S.C.Macedoniani non denegatur hæretico, quia illud beneficium nō fuit introductum in fauorem debitoris, sed principaliter in odium creditoris. l. qui exc. ff.de cond.ind.Ista refert, & sequitur do. Io. Lup.uulgo dictus Palatios ruuios, in repet. rub.de don.inter uir.& uxor.extra f.19.col.1.

1 *Hæreticus dici potest cuius errorem inquisitores correxerunt,ipse autem obedire noluit.*

2 *Inquisitori aliquid asserenti non credens, potest ut hęreticus damnari.*

Notabile XIX.

Non obliuiscaris quæ immediate subiiciā ꝙ † si inquisitores hæreticæ prauitatis alicuius errorem declarent,& corrigant, ille autē nolit obedire, uel obtemperare, certe is dici potest hæreticus pertinax,& pertinaciter resistere, & tanq̄ pertinax condemnari poterit,iste est sing.tex.ibi per Bar. & ad hoc ponderatus in l.tutor.§.tutores.ff.de susp.tu.ubi dicit Bar.ꝑ illū tex.ꝙ † qui inquisitori aliq̄d asserenti non credit, potest tanq̄ hæreticus pertinax dānari. Seq̄tur Fely.in rub. de hær. extra,& septem modos q̄b. q̄s dicaī pertinater resistere,uide per gl.not.in extrauaganti Io.24.incipiente,cū inter nōnullos.de uerb. sig.in gl super uerbo ꝑtinaciter,le premier.

1 *Pertinacia in dubio non pręsumitur nisi de illa appareat.*

Notabile XX.

1 Animaduerte tn̄ † ꝙ pertinacia in dubio non p̄sumitur,nisi de illa appareat,ita Ioan. And.in c.cum cōtumacia. de hæret. in 6.ubi ēt Do.de S. Gem.allegātes tex. in clem. 1.§. porrò,de summa Trin.& in clem.ex graui.§. sanè.de usur.Ita ēt tradit Io.de An.in c.excōmunicamus.§.qui autē.col.2.in fi. extra eo. tit.& Cald.cons.3.in tit.de hęr.

1 *Reus non tenetur edere actori ad fundandam intentionem.*

2 *Hęreticus tenetur edere ad fundandam accusatoris intentionem.*

3 *Vsurarij tenentur edere actori quācunque scripturam ad fundandam ipsius actoris petitionem.*

Notabile XXI.

Magnificus Purpuratus in l. fin. C. de ed. 1 col.3.num.20.notabiliter uoluit,ꝙ † quamuis

nis reus non teneatur edere contra se ad fundandam intentionem actoris l. 1. l. qui accusare. l. fi. cum ibi not. per glo. & Doct. C. de ede.

2 Fallit hoc tñ † in hæretico, qui si quid hẽat ad fundandam intẽtionem accusatoris, illud teneẽ edere, allegat notata per Ang. in l. per hãc. C. de temp. app. cõprobatur ut ꝑ eũ, porat allegare glo. quã ad hoc ibi notat Philip. Franc. in c. ut commissi in uerbo qbuslibet. de hæret. in 6. de quo ualde miror qđ nõ allegarit. Benefacit, nam † senatores siue usurarii tenentur edere quamlibet scripturam ad fundandam actoris petitionẽ, tex. ubi doctores in cle. 1. §. cæterum. de usur. Bar. & Doct. in l. ꝑtor. §. is ẽt. ff. de eden. & Doct. in d. l. fin.

1 Fratri carnali hæretico, an potius subueniendum sit quam extraneo catholico.

Notabile XXII.

1 Si fortassis qspiã à te sciscitareẽ † cui potius subueniendũ sit an fratri carnali hæretico an extraneo catholico, Bẽ rñdeto cõem sñiam esse ut fratri carnali hæretico subueniendum potius sit, ita dicit Pan. in c. si qs. de hæret. q allegat gl. not. quæ hoc uult per glossas literas in c. 1. 30. distin. ubi Præpos. Alex. copiose confirmat hanc sñiam auctoritatibus, & fundamẽtis, ad quẽ te remitto ne chartas occupẽ.

1 Hæreticus usucapere non potest titulo pro hærede.

2 Hæreticus incapax est possessionis.

Notabile XXIII.

1 Cõmendat memoriæ, ꝙ † hæreticus non potest usucapere ti. pro hærede, ita uult Bar. in l. constat. ff. pro hærede. Ratio esse potest, 2 quia † hæreticus incapax esse possessionis. c. 1. & 2 23. q. 7. & dixi supra in 1. notab. at siue possessione non procedit præscriptio. regula sine possessione, de reg. iur. ergo, &c.

1 Scripta hæreticorum reyicienda sunt, & quare.

Notabile XXIIII.

1 Hæreticorum † scripta usque adeo reiiciẽda sunt, ut etiam si quid boni in eis reperiatur nihilomagis recipi debeant, tex. habes ubi Præpos. in c. canones. 16. distin. Ratio potest esse duplex. Prima, ne uideantur approbari. Secunda ne cum sana eorum doctrina 2. qui sciunt inter uerum, & falsum cognoscere ꝑ ueris falsa recipiant.

1 Iudæis synagogas ubi eorum cæremonias exerceant habere licet, hæreticis nequaquam.

2 Iudæi nituntur ueritatis primordio.

3 Iudæi cur hodie à Christianorum ecclesia sustineantur.

Reliquiæ alicuius antiqui iuris multum operantur in iure.

Notabile XXV.

Hæretici deterioris conditionis sunt quã 1 iudæi qđ ex eo patet, † nam iudæis licitũ est hẽ synagogas, & ibi conuenire, & eorũ religionem, & ceremonias iudaicas exercere l. 3. & l. die sabbati. C. de iudæis. c. 3. extra eod. ti. Hæretici aũt non possunt synogogas nec habere loca in quibus conuenire possint ut ibi improbato illorũ more sacra celebrant, tex. est in l. 3. C. de hær. elegantior tex. in l. 2. C. de sum. Trin. ubi gl. assignat rõnem diuersitatis inter hæreticos, & iudæos, quia iudæi habuerunt legẽ à Dño, non aũt Hæretici. & di2 cit Cy. ibi, & Bal. post eum ꝙ † iudæi nituẽ primordio ueritatis, habuit. n. lex iudæorum principiũ ueritatis, unde in totũ falsum non dẽ qđ nitiẽ ueritatis primordio, allegaẽ text. 3 in l. cũ filius. §. hrs. ff. de l. 2. Nec ob. † ꝙ hodie iudæi lege noua sunt reprobati, nam ꝑ plegis antiquæ olim approbatæ reliquias, sustinentur ẽt ab ecclesia Xpianorũ, hoc. n. operãtur reliquiæ antiquæ legis, multum. n. iure operanẽ reliquiæ, ut patet in l. patre furioso. ff. de his, q sunt sui uel alieni. iur. & l. uero. ff. de sol. cum aliis allegatis, ꝑ Cyn. ubi supra.

1 Probationes clarissime requiruntur in criminalibus.

Suspicio sola de hæresi sufficit ad indicendam purgationem suspecto.

3 Suspicio urgens non sufficit ad condemnandum quẽ de hæresi.

3 Inquiritur contra eum qui discedit à communi usu fidelium, tanquam contra hæreticum, etiam si non præcedat diffamatio.

Notabile XXVI.

1 Et si † in criminibus requiranẽ probationes luces meridiana clariores. l. fin. C. de probat. nec cõsuetum sit procedere ad inquisitionem nisi ꝑcedat diffamatio, ut per Doc. in c. cum oporteat, de accus. tñ in crimine hæresis sola suspicio sufficit ad indicẽdã purgationẽ 2 suspecto ẽt ꝙ nulla ꝑcedat infamia q̃uis † ad cõdẽnandũ de hæresi nõ sufficiat ẽt urgens suspicio, c. literas, de præsum. ita notabiliter

uult

uult Innoc.& Ana.in c.sicut,se primier. de simonia.Idem Innoc.in c.ex parte,de off.ord. Ant.in c.ꝑ tuas de coha cler.& mul.Inno.in c.pœ.de purg. cano.Arch.i n c.oĩbus.3.q. 5. & est text.in c.inter sollic.ibi.uehementē suspicionem, de purg can.Ana.post Card.in c. excõicamus §.adiicimus,de hæret.ubi dñt ꝑ illum text.ꝙ † ex hoc ꝙ qs discedit a cõi usu & conuersatione fideliũ, inquirit cõtra ipsũ tanq̃ hæreticum,ēt non præcedēte infamia.

Suspicio de hæresi oriri potest, & ex leuis signis, & indiciis, quę plene probari debent

Notabile XXVII.

Suscipio †autem de hæresi oriri potest ēt ex leuibus signis,& indiciis, illa tamen signa plene probari debent secundum Innoc. in c. sicut,le premier,de simonia.Ioan.Andr.in c. ut officiũ.§.1.de hær.in 6.notabiliter Oldr. consi.210.regularis habet traditio,&c.

Hæresis in quam quis lubrico ignorantia incidit est grauius delictum quam homicidium dolose commissum.

Notabile XXVIII.

Audi elegans uerbum Bald.in l.1.col.10. nu.45.C q accus.non pos.†ꝙ hæresis in quã qs incidit lubrico ignorantiæ,est grauius delictum q̃ homicidium dolose commissum. Quãuis.n maius sit maleficium dolo patratum,quã culpa aut ignorantia l.in lege.ff. ad l.Cor.de sica.l.si mora.ff.sol.matr.tñ rõne subiecti ualde aggrauatur delictum usq; adeo ut faciat ꝙ culpa sit maior dolo.Igit cũ hęreticus ponat os in cœlũ,& Deũ blasphemat, ꝑꝑ nobilitatē subiecti qđ offendit, grauius delinquit q̃ occidēs hoĩem ēt dolose. Bal. allega.Aug.non tñ citat locum, dic ut ꝑ eum.

Hæreticum amicum si quis admoneat ut fugiat, an non ueniat an debeat puniri.

Notabile XIL.

Si quis† amore ꝑsequebat hæreticum,nõ qa hæreticus,sed qa amicus,& familiaris, & sciens ꝙ iudex uolebat facere capere hæreticũ,ut carceri traderet,unde cũ admonuit ut nõ ueniret,uel vt aufugeret,certe talis admonens tenet de tali admonitione,& cõsil.arg. tex.ĩ l.4.ff.ad l.Iul.maie.q loquit in læsa maiest.principis,fortius ergo procedet in læsa maiestate Dei,& sic in crimine hæresis. Ita no.And.de Iser.summus feudista in auth. gazaros in uerbo,diffidamus ,col. 4. de statut. cõtra lib.eccl. collat.10.Qđ maxime ꝓcedit (secundũ eum)si ex tali admonitione hæreticus monefactus aufugerit,uel nõ uenerit, & sic fuerit secutus cõsilium admonētis.Si aũt nõ fuerit secutus cõsiliũ,& sic admoni nõ sortita fuerit effectũ,an ueniat puniēdus admonens,disputat Isernia ubi supra dic ut ꝑ eũ.

Hęresim abiurans si non impleuerit iniunctam pœnitentiam,habetur pro relapso.

Notabile XXX.

Inter cetera q̃ superius tradita sunt hoc quoq; adiiciendum duxi,uidelicet ꝙ † abiurans hæresim , cui fuit adiuncta pœnitentia per inquisitorem,(ut supra dictũ est in trac. de hęr.q.20.) si non impleuerit pœnitētiam ei iunctam,habetur pro relapso in hæresim, & pœna relapsi puniri potest,ita Zenzel.Mathesi.& Io.de Imo.in cle.3.in gl. super uerb. ꝑ pagine.de hær.Ioan.Cald. in c. literas, de pręsump.& Fede.de Sen.cons.156.Alex.eps.

Occultans hęreticum ex certa scientia punitur de hæresi.

Notabile XXXI.

Adnotato ꝙ † occultans hęreticum ex certa scientia,potest puniri de hęresi tanquam si esset hæreticus,ita notabiliter Bald. in l. 1. C.de his qui latro ,uel ali. crim. reos occul. Occultans enim alienum delictum facit suũ gl.in rubr.præallegata.

Bene agere ex certa obstinatione recusans habetur pro hæretico.

Notabile XXXII.

Volo † notes bonum tex.in c.nullus eps,& ibi Præpos.Alex.expresse not.38. dist. ꝙ etiã ille potest dici hæreticus qui ex quadam animi obstinatione recusat beneagere.

Hæreticus,& erraticus quid differant.

Notabile XXXIII.

Pro declaratione terminorũ nota differētiam † inter hæreticum,& erraticum.Erraticus.n.his dr̄ qui in fide errat, ĩgnorantia quadam potius q̃ pertinacia,seu animo discēdi à uera fide catholica,ut sunt rustici,& simplices idiotæ.Hæretici aut dñr qui animo discedendi à fide catholica, potius quã ignorãtia aliqd asseuerant fidei catholicę contrariũ.In Bal.in c. firmiter,de sum.Trin. &,fide cath.

1 *Sacramenta ecclesiæ non sunt conferenda ab hæretico nec collata imprimunt uirtutis effectum.*
Fallit in sacramento baptismi, & cur diuersum.
2 *Sacramentum baptismi est omnium sacramentorũ ianua.*
3 *Morituro prius succurritur in batismate, quàm in communione Dominici corporis.*

Notabile XXXIIII.

1 Nota quæro † ꝙ q̃uis sacraméta ecclesiæ non sint recipienda ab hęreticis, utpote pręscisis ab ecclesia, nec collata à talibus uirtutis effectum imprimãt, ut est tex. not. in §. uerũ. 32. dist. hoc uerũ ıl'r in omnibus sacris excepto sacro baptismi, quod si fuerit collatũ ab hę. retico imprimit effectũ uerũ dũ tñ fiat in forma ecclesiæ, iste est tex. ĩ d. §. uerũ. uer. hæc de malis. Ratio diuersitatis inter sacr̃m baptismi &c. sacramenta, tradit̃ ibi ĩbi in fi. tex. q̃a homo saluari põt sine aliis sacramẽtis, & nõ sine sacramẽto baptism. qđ ex eo patet. nam
1 † sacramẽtũ baptismi cæteris sacramẽtis prius est, omniũ sacramẽtorũ ianua. c. si q̃s cõfugit 1. q. cũ reliq̃s iuribus allegatis ꝑ el. in d. §. uerum, uer. hæc de malis, & faciunt q̃. abũde tradit Prep. ibi col. 2. num. 8. Item dicit egre-
3 g e tex. ibidem ꝙ † morituro prius in baptismate quam Dñi corporis cõione consulitur unde sanctius est ab hæretico baptismi sacramentũ sumere quã in ęternũ perire. an autẽ qđ dictũ est sacraméta nõ esse recipiẽda an hęretico procedat in quocunque hæretico, uide per Præpositum Alex. ib.

1 *Testium examinatio incriminalibus committi non potest.*
2 *Fallit in crimine hæresis, num. 2.*

Notabile XXXV.

1 Receptissima est snia † doctorũ examinationem testium in causa criminali alteri cõmitti nõ posse Cy. Bal. & Saly. in auth. apud eloquentissimũ, per illum tex. C. de fid. inst. & gl. in cle 1. in uerbo ciuili, ubi bo. text. de off. deleg text. cum gl. in c. 2. in uerbo ꝓhibẽte. de iud. in 6. & bo. tex. in l. 3. § diuus ibi, nã ipsos interrogare soleo. ff. de test. gl. in c. 1. in gl. fi. extra de test. cog. & in c. cõstitutus 1. gl. pen. de fideiuss. & gl. ĩ c. at si cler. de iud. Inn. in c. si qui testium, de testib. & Panor. ampl. in c. cum causam. col. pen & fin. eo. tit. Fallit
2 hoc in crimine hęresis, in quo testium examinatio cõmitti potest per iudicẽ tex. est in ca. ut officium. §. uerũ de. hæret. in 6. & hanc fallentiam tradidit nõtabiliter Felyn. in d. c. cũ causam, col. antepen uers fallit tertio.

1 *Notarium sufficit in principio officij iurare fideliter exercere officium.*
2 *Notarius inquisitoris tenetur iterum iurare dum assumitur in causa inquisitions.*

Notabile XXXVI.

1 Nota ꝙ † q̃uis sufficiat notarium in princ. sui officii iurare offm̃ suum fideliter exercere. c. ad audientiam, de præscr. gl. solẽnis in l. quędam. §. nũmularios. ff. de eden. nec teneatur ulterius iurare cõstãte officio, cum sat sit semel iuratum fuisse, ut comprobat Bal. post gl. in c. præterea, ubi ẽt. Felyn. expresse col. 1. extra de testib. cog. & ꝑ Spec. in tit. de instr. ædi. §. restat. uer. sed quæro. Aduerte tamẽ, ꝙ
2 † notarius inquisitoris teneť iterũ iurare, dũ assumitur in cã inq̃sitionis, tex. est in cle. 1. §. porrò corã. uer. & q̃a ubi gl. ĩ uerbo iurabũt, exp̃sse not. & ibi Paul. Anch. & Io. de Imo. de hæret. Quod spãle est (s̃m gl & prędictos) ꝑ ꝑ delicti magnitudinem, & atrocitatem.

1 *Religiosi non possunt tabellionatus officium exercere.*
Fallit in crimine hæresis.

Notabile XXXVII.

1 Non te latet † religiosos, & clericos in sacris exñtes nõ posse exercere offm̃ tabellionatus, q̃uis antea exercuerint ẽt ĩ causis uertentibus corã iudicibus ecclesiasticis. c. sicut, ubi scribentes extra. ne clerici, uel monachi, fallit hoc tñ in crimine hæresis, in quo prædictæ ꝑsonæ pñt tale offm̃ exercere, tex. est expressus in c. ut offm̃ §. ad cõscribẽdas, ubi gl. Ioan. And. Dom. & ceteri, de hær. in 6. Pet d. Anc. & Io. de Im. Post gl. in. c. 1. §. sane uer. & q̃a ĩ gl. not. eo. ti. ĩ cle. Host. in c. sicut p̃alleg.

1 *Hæreticus præcisus est ab ecclesia, & est sicut ramus pręcisus ab arbore siue stipite qui statim arescet.*

Notabile XXXVIII.

1 Hæreticus † præcisus est ab ecclesia, & est sicut ramus præcisus ab arbore sine stipite q̃ statim arescit. 24. q. 1. c. loquitur, & est ille de quo Ioann. 15. si quis non manserit in me, mittetur foras, & arescet.

1 *Hæreticus reuersus ad fidem non est iterum baptizandus.*

Baptis.

Babtismatis sacramentum non est reiterabile.
Ordinatus ab hæretico si ipse quoque hæreticus sit iterum est ordinandus si ad fidem reuertatur.

Notabile XXXIX.

1 Nota ꝙ † hæreticus ad fidem reuersus nō est iterum baptizandus, ita Bal. in l. nihil. C. de uin. lib. assignans rōnem quia sacrm̄ baptismatis non est reiterabile, ut dicit gl. in d. l. nihil. q̄ allegat plura iura ordinatus tñ, uel consecratus ab hæretico si ipsi quoque hæreticus sit, & ad fidē reuertatur, iterum consecrãdus est c. daibertum. 1. q. 7. hæc tradit Bertac. in tract. de episc. in 2. par. 3. partis prin.

1 *Tyrannus si quid dignitatis nomine faciat illud nō ualet.*
Tyrannus legitime exercere potest iurisdictionem in crimine hęresis.

Notabile XL.

1 Quamuis † tyrannus (id est qui iurisdōnē de facto, & non de iure occupat) si quid nomine dignitatis faciat illud nō ualeat ut no. in c. fundamenta. §. quod si secus iuxta medium, per illum tex. de elec. in 6. & in l. decernimus. C de sac. san. eccl. hoc tamen fallit in crimine hæresis, in quo pōt tyrannus legitime iurisdictionē exercere. tex. expressus ubi Phil. Franc. expresse not. de hæret. in 6.

1 *Excommunicatus ex quacunque causa etiam ciuili persistens per annum in excommunieatione, habetur suspectus de hæresi.*
2 *Excommunicatus per annum præsumitur male sentire de articulis fidei.*

Notabile XLI.

1 Nota † ꝑpetuò ꝙ excōicatus ꝓ quacūq; cā ēt ciuili ꝑsistens ꝑ annum in excōicatione hr̄ suspectus de hæresi ita no. Io. And. & Pan. post alios cōiter in c. fi de pœn. quæ suspicio licet non sufficiat ad cōdemnationē, ut per Inn. & Pan. ubi supra sufficit tñ ut possit inquiri cōtra excōicatū de hæresi, & sibi indici purgatio, in qua si defecerit hr̄ ꝓ cōuicto. c. inter. in fi de purg. can. Rō aūt ṗdictorum est s̄m Pan. ubi supra & Phil. Fran. in c.
2 cum cōtumacia. de hær. in 6. † qa talis ṗsumit̄ male sentire de sacris ecclesiæ, & de prāte clauium, ex quo tanto tp̄e in excōicatione remansit, uī. n. nō curare imò cōtemnere excōicationem, quod utpote notandū, & singulare mēti tenendū hortantur ṗfari, & hæc adiicias ad scripta ꝑ Viladiego. q. 9. num. 2.

1 *Suspectus de hęresi si post canonicam purgationem, deprehensus fuerit in expressa hæresi, an habeatur pro relapso, an uero admittendus sit ad pœnitentiam.*
2 *Probatio non admittitur contra pręsumptionem iuris, & de iure.*

Notabile XLII.

1 Reuocabis fortasse in dubium, finge † Titium habitum suspectum de hæresi, & facta canonica purgatione iudicis arbitrio hæresim abiurasse, deinde post aliqđ tp̄s in exp̄ssa hæresi deprehensum fuisse, an habeatur Titius pro relapso, & ut relapsus puniendus sit iuxta not. in c ad abolendam, de hæretici. extra. an uero sit admittendus ad pœnitentiā, & defensiones ac si nunq̄ habitus fuisset ꝓ suspecto, ut d. c. ad abolendam. in prin. Rn̄de ut per tex. in c. accu. de hær. in 6. distinguendo, aut suspicio ꝑꝑ quam Titius abiurauit hæresim erat grauis, & urgens, ut qa insurrexerat ex grauioribus, & urgētissimis indiciis, & hoc casu ut relapsus puniendus est d. c. accus. Rō esse pōt, qa per hanc secundā deprehensionem expressam declaratur aīus illius, ꝙ prius fuerit in mala opinione cōtra fidē, in qua semper ṗsumitur cōtinuasse usque ad secundam deprehēsionem d. c. accus ibi, qua
2 dam iuris fictione censet̄ relapsus, quæ † quidem ṗsumptio est iuris, & de iure cōtra quā nulla admittit̄ ꝓbatio in contrariū l. fi. C. arbit. tutel. l. antiquæ. C. ad uelle. no. in c. afferte, de ṗsump. & in l. non est uerisimile. ff. qđ met. & in l. filium. ff. de his qui sunt sui uel alie. Si uero suspicio ꝓ qua prius abiurauit, & se canonice purgauit erat leuis, & parua, tunc non hr̄ ut relapsus, sed est ac si nunc tātum peccasset, ideo sibi est dāda defensio, & audiētia, & abiurationis beneficiū. d c. accus.

1 *Dispositio l. is cui bonis ff. de uerb. obl non procedit in hæretico, qui etiam contrahendo non potest suā conditionem meliorem facere.*
2 *Hæretico interdictum est bonis.*
3 *Hæreticus obligatur in sui odium, licet non in fisci pręiudicium.*

Notabile XLIII.

1 Singlr̄ † nota qđ dispō. l. is cui bon. ff. de uerb. obl. uolentis eum cui bonis interdictū est posse suam cōdōnem meliorē facere non deteriorem in tm̄ qđ ēt aliter non obliget̄, alios tñ sibi obliget, non ꝓcedit in hæretico,
2 † cui ēt bonis interdictum est l. manicheos, & l.

& l. fi. C. de hær. c. cum secundum, eo. ti. in 6 ita notabiliter limitant illum text. in d. l. is cui, Pan. & Doct. ibi dicens illum text. procedere in eo cui interdictum est bonis in sui fauorem, (ut puta in prodigo) non autem in odiũ & in pœnam, patet istud ex illo tex. qui vult eũ cui bonis interdictum est non obligari naturaliter, & tñ exploratũ est † hæreticos obligari in sui odium, licet obligatio non teneat in præiudicium fisci. auth. credẽtes, uer. nullus, ibi, aliis rñdere cogantur. C. de hær. patet igitur satis d. l. is cui, non procedere in hæretico.

1 *Apostatę peiores sunt hæreticis.*
2 *Hæretico pœnitenti parcitur, apostatę nequaquam.*
3 *L. hi qui sancta C. de apostatis, an sit correcta iure canoni.*
4 *Legum correctio fugienda.*
Differentia inducenda non est inter ius canonicum, & ciuile nisi expresso tex. reperiatur.
5 *Iuri ciuili standum est, ubi eo iure aliquid decisum reperitur cuius contrarium non reperitur decisũ iure canonico, modo decisio ciuilis nõ sit peccati inductiua.*

Notabile XLIIII.

Volo mandes memoriæ. Traditum fuit supra in tractatu Villadiego. qõ. 5. † apostatas (.i. qui deserta religione Xpiana ad iudaismum cõfugerunt) peiores esse & deterioris condõnis quam hęretici loquẽdo de his qui sunt proprie hæretici, de quibus in 1. q. & duabus seq. Corroboratur ultra ibi dicta † nam hæretico pœnitenti parcitur. l. manicheos. C. de hær. c. accus. eo. tit. in 6. cum uulgaribus Apostatis aũt nequaq̃ ẽt si pœniteant parcendũ est, sed irremissibiles ultimo supplicio dãnantur. l hi qui sancta. C. de apostatis. q̃uis Villadiego supra in tract. q. 20. expresse dicat contrarium dicens † qđ d. l. hi qui, non procedit iure Canonũ, nec admittenda est illo pacto, imò abolẽda, cũ disponat de mã mere spũali s. hęresis seu apostasiæ, q̃ est mere ecclesiastica, ideo Imperator non potuit illam legẽ cõdere. & sic uult illam legem correctã de iure cano. cui standum est in mã conscientię, ut per Bart in l. priuilegia. C. de sacro. san. eccl. cum cõcor. traditis ibi per Alex. & cęteros addi. & doct. in c. 1. de noui, opc. nunc. † Sed fugiẽdũ puto legum correctionem. l. præcipimus. C. de appel. l. 1. C. de in offic. dot. c. cũ expediat. de elec. in 6. ideo non est inducenda dr̃ia seu discrepantia inter ius canonicũ, & ciuile, nisi reperiatur expr̃ssa discordantia, & sic nisi reperiatur tex. de iure cano. expresse cõtrarius iuri ciuili. Sed nec ubi in pontificio iure scriptũ expresse reperitur apostatis pœnitẽtib. parcendũ esse ut mortẽ corporalẽ euitẽt. Ergo standũ ẽ decisioni iuris ciuilis expresse disponẽtis nõ esse parcendũ apostatis ẽt in foro spũali per regulã † q̃ ubi aliqd reperitur expresse decisum iure ciuili nec reperitur cõtrariũ decisum iure cano. standũ est iure ciuili ẽt in foro ecclesiastico. modo decisio iuris ciuilis nõ sit peccati inductiua ut tradit per gl. & Doc in c. 1. de no. op. nun. & Doct. in uariis locis remissiue per Alex. And. de Pomate, & cæteros in addi. Ad Bar. in d. l. priuil. Nec obstant aliqua adducta per Villadiego (q̃a ut in ciuilib. uel mediocriter docto patere põt) nõ probãt id ad qđ allegantur minus obstat fundamẽta, q̃bus utpote nõ cõcludentibus facilis ultro se offert solõ.

1 *Defensor nec fautor hæretici dicitur, illum defendens ne lędatur à priuato, uel qui illi in iudicio patrocinatur, credens iustam causam habere.*

Notabile XLV.

Defendens hæreticum † ne lædatur à priuato, uel q̃ patrocinatur illi in iudicio credẽs illũ hr̃e iustam causam non dr̃ defensor nec fautor, ẽt si postea appareat q̃ nõ erat iusta causa, iõ, quia hæc est iusta defensio quæ tal. b. reseruantur, secus dicendum est si contra conscientiam ei patrocinatur, quia tunc dr̃ defensor s̃m Car. in cle. i. de pœn. & d. Syluestr. in sua summa in uerbo hæresis. 1. in 6. q.

1 *Reuocatio hęresis est duplex.*
2 *Reuocatio hæresis quę fit solum ad salutem animę potest indistincte quandocunque fieri usque ad uitæ exitum.*
3 *Sacramenta ecclesię non sunt deneganda hæretico ostendenti manifesta signa pœnitentiæ.*
4 *Reuocatio hęresis quæ fit tam ad salutem animę quam corporis debet fieri congruo loco, & tẽpore.*

Notabile XLVI.

Adnotato in mã reuocationis hæresis, q̃ † duplex est reuocatio seu pœnitentia, altera q̃ fit ad salutẽ animæ duntaxat in foro conscientiæ, altera uero quæ fit ad utriusq; salutem. s. animæ, & corporis. Prima indistincte fieri potest q̃ncunq; à quocunq; & in quouis crimine, & loco quolibet usq; ad uitæ exitum

tũ ut habetur in c. firmissime, extra de hær. dummodo facta sit puro corde, & spontanea uolũtate, ut de pœniten. distin. 3 perfecta, & c. 1. & 2. qui cler. uel uouen. & c. super eo. de

2 hæret. in 6. ubi nota tex. † quod hæretico etiã relapso in hæresim) qui absq; ulla spe ueniæ debet morti tradi) si emiserit manifesta pœnitẽtiæ signa nõ denegant ecclesiastica sacra utputa confessio, pœnitentia, & eucharistia, qbus humiliter ab eo petitis nõ erunt dene-

3 ganda. Secunda † uero reuocatio, seu peniten tia quæ fit gratia utriusque. s. tam animæ q̃ corporis non est tam gñalis sicut prima, sed spãlis, & restringitur ut congruo tpe. & loco fiat, ut abunde supra in tract. q̃st. 20 & hæc nec nunq̃ competit relapso. c. ad abolẽdam. de hæret. extra, & c. accusatus eod. tit. in 6.

1 *Correlatiuorum idem ius est.*
Correlatiuorum regula non procedit in hæretico in casu ibi tradito.

2 *Hæretico semiplene probanti contra Christianum non defertur iuramentum in supplementum probationis, econtra autem Christiano semipleno probanti contra hæreticum sic.*
Ratio diuersitatis ibidem traditur.

Notabile XLVII.

Memoriæ commenda, habes uulgatam re

1 gulam q † disposita in uno de correlatiuis censetur disposita in alio. l. fi. ubi Doc. C. de indic. uidui toll. fin. ubi Bart. de accepti. ff. l. i. cum uulgatis, de cupre. lib. 11. C. fallit hæc regula in hæretico uel infideli in casu notabili. Tu scis quod semiplene probanti defertur iuramentũ necessarium in supplementũ probationis. l. admonendi. ff. de iureiuran. l. in bo

2 næ fidei. C. de reb. credi. nota † tamen quòd hæretico uel infideli semiplene probanti cõtra catholicum, & christianum non defertur iurm in supplementum semiplenæ probationis, & tamen econtra christiano catholico contra iudæum, hæreticum, uel infidelem defertur tale iurm, arg. notatorum per Bald. in l. qui accusare. C. de eden. & per Ludo. Rom. in d. l. admonendi, & Canon. in cap. fin. de iureiuran. Ratio autem ex prædictorum doctrina colligitur, nam tale iuramentũ nõ cuiuis indistincte dãdum est, sed personæ legalitas, æquitas, & fidelitas inspicienda est. q̃ à præfatis hæreticis, abesse exploratum est. Ita ẽt expresse do. Bapt. de S. Bla. in tract. correlatiuorum, in §. uenio ad quintum, uersi. 28. fallit.

1 *Moderator rei suæ quilibet est ut de ea ad libitum disponat.*

372 &aliter diſtinguendū eſſe. †Et hoc mō,ꝙ aut perſona inquiſita,vel accuſata eſt ſerui lis condōnis,& tūc de mādatorib. vel cōſo cijs interrogari pōt ea rōne, quia vt pluri mū tales perſonæ vti meticuloſæ ſine ſocij i ſtigatu,vel mādato non conſueuerūt grādia delicta cōmittere, vel attentare,ad hoc acce dat.l.cuicunq;.circa med.ſup.de ſer.fug.l.fi. inf.ad l.Iul.maie.& ſup.ad exhib.l.fi.Ad Syl la.l.ſi certus.& l.prius & d.l.1.in fi. hoc tit. quæ oēs in ſeruis loquuntur,aut perſona ac cuſata,vel inquiſita eſt libere cōdōnis,& eſt vtilis & tunc in criminib. quæ ſine ſocijs re gulariter nō cōmittuntur,credi de ſocijs in terrogari poſſe,vt prouincia purgetur eis.ar gu.l.congruit ſup.de offi.pſid.& ad hoc acce dāt l.q dnt latrones interrogari,de ſocijs, vt l.pronunciarū.C.de feri.& l. diuus.ſup.de cu

373 ſto.re. †Cū.n.latrones ſint,qui ſtratas ag grediūtur publicas,vt l.capitaliū.§.famoſos. inf.de pœn.& hi ſoli nō ſunt,ſed plures,nec ſine receptatorib.ideo faciliter lex permiſit de eis interrogari,cū vt plurimū ſint ignoti, & occulti.Idē pōt dici de falſificātib.mone tā,vt l.1.C.de fal.mon. cū regulariter plures in eo miniſterio ſint neceſſarij, idē de eo q cōtra Principē molitur, quia talia nō cōſue uerūt ſine ſocijs attētari, in criminib.vero,q̄ ſine ſocijs plurib.cōmitti ſolēt, tūc aut deli ctū eſt cōtra ſalutē cōem omniū,& tūc de ſo cijs pōt interrogari,vt l.fi. C.de malef.& eſt rō, quia etiā cōtra ſocios inquirere intendit ad cōem ſalutē omniū, niſi radicitus tale vi tiū extirpetur, ſalus cōis non hēbitur,dictū hoc Saly.ſequitur Barb.in add.ad Abb.in d. c.1.de confeſſ.Et Ang. in tract.malef.in ver bo.fama pub.col.4.ver.quæro an particeps, trāſit cū opi.Saly.Imo.in d.c.1.de cōfeſſ.di cit,ꝙ hæc rō Bart.de qua ſup. forte non eſt multū gñalis,quia ēt paſſus furtū, vel roba riā veriſimiliter ꝓcurabit punitionē,&ideo vr,ꝙ rō ſit odiū ipſorū latronū, vt l.prouin ciarū.C.de feri. Itē maleficus in alienū odiū ſua maleficia facit,&tñ interrogat̄ de ſocijs. l.fi.C.de malef. Itē crim.læſæ maieſt. contra Principē cōmittitur,& tamē de ſocijs inter rogatur, vt hic,& in l.1. in fi.C.ad l.Iul.ma ieſt. Itē in crimine homicidij ſeruus interro gatur de conſocijs. l.1. §.fi.hoc tit. Si volu mus verba Bartol.ita ſimpliciter intelligere, prout intelligit Saly. fuiſſet craſſa deductio p Bar.ſi pſumeremus,ꝙ ignoraret hoc,ꝙ ex furto rei alienæ non fiat iniuria dño.vñ pōt ſaluari Bar.ꝙ bene intellexit diſtinguēdo,ꝙ principaliter fiat ad cōmodū propriū,&non principaliter ad iniuriā.Nā Bar.in l.ambitio ſa. inf. de dec. ab ord. facien. in cognitione principalitatis diſtinguit,ꝙ aut eſt principa le ordine,naturæ,vt eſt iniuria facta filio, vt principali.& ſic ipſius filij eſt poſt ſit patris, cui cōpetit actio iniuriarū,&iſte eſt ordo na turæ demōſtrās iniuriā pricipaliter in filiū. Alio mō cōſiderari, ſecundū ordinē intelle ctus, vt prīcipaliter dicatur reſpectu finis, vt eſt in fideiuſſore, vel mādatore q obligatur reſpectu rei principalis. Nā dato qđ primo obligetē fideiuſſor, & mādator, attamē finis eſt, vt obligatio ſit facta poſt reū debitorē, & iſtud eſt principaliter i facto,vt reus obli getur,& poſtea fideiuſſores. vñ in caſu nřo poſſumus dicere Bar.cōſideraſſe principali tatē reſpectu ordinis naturæ,vt q furto ſub trahit,q falſam monetā fabricat, iſtud agit principaliter,p eius vtilitate,& comodo da to, qđ poſtea oriatur iniuria in pſonā prin cipis,vel in pſonā domini,& iſte eſt ordo na turæ conſideratis p Bar. in ſecūdo ēt capite datur iniuria ēt principaliter reſpectu ai In iuriātis, & hoc mō poſſet ſaluari deciſ.Bar. vt pſona domini,& principis ſit ſecūdario,

374 nō aūt prīcipaliter. †Aduerte ꝙ poſſumus attēta ea diſpōne,qđ ex cōſuetudine fiat in terrogatio in oī caſu,vt dicit Gand.ſiue Bar. in trac.de q.in 4.col.& Iac.de Bel.in ſua pra cti.crim.in tit.de q.col.11 ver.iuxta hoc qri tur,& attēta ea cōſuetudine q̄ eſt in tota Ita lia,ꝙ iudices de quocūq; caſu poſſunt inq rere,& inquirūt,vt p Gād.in tract.malef. in rub.qūo de malef.cog. p inquiſi. col.1.verſ. ſed hodie,& Alb.in l.ex q dē.col.3 ver.de cō

375 ſue.tamē C.de accuſ. †Diſtinguerē in hac materia, ꝙ aut ſumus in accuſatione,& in alijs caſib. in quib,proceditur virtute accuſa tionis, & tūc interrogatio nō poſſit fieri de cōſocio,& ita loquatur tex.in l.fi.C.de accu. eo maxime q a oia,q̄ gerūtur per iudicē pro cedendo ſuper accuſatione, fiunt ad inſtātiā

376 accuſatoris. †Nec pōt iudex procedere ad torturam

torturam in iudicio accusatorio, nisi sit facta instantia ꝑ accusatorem, gl. in l. quicunque in verbo oportet. C. de ser. fug. Bal. in c. 1. in §. iudices. de pac. tenen. & ēt nimis graue esset ꝙ plures ꝑsonæ interponeretur ĩ eo iudicio accusatorio, & onus non debet imponi nisi volenti, & sic in casu accusationis nõ dabitur iterrogatio de cõsocijs ne fiat iniuria, & grauamē ipsi accusatori. Aut sumus in casu, ĩ quo iudex ꝓcedit ex inquisitione, vel ĩ eo iudicio, ex quo nullũ grauamē infert accusatori, sed totũ pendet ab offõ iudicis, & tunc iterrogatio fieri possit đ cõsocio, q̃a ad offũ iudicis spectat expurgare ciuitatē malis hominibus. l. cõgruit. supra de off. præsi. & ideo ꝓcedendo ex offõ poterit interogare de cõsocijs. & ad hoc faciunt oĩa iura q̃ adducũtur ꝓ ista parte, & eo casu, in quo interrogatio de socio fit. primo tex. in l. diuus, la 2. supra de cust. & exhiben. reo. loquit̃ in casu inquisitionis, dũ vult, ꝙ Irenarchiæ debēt captis latronibus eos interrogare de socijs, & receptatoribus, & sic ibi non ꝓcedit̃ ꝑ accusationem, sed ex offõ, eode modo in l. ꝓuinciarũ. C. de feri. dicit ꝓcedi cõtra latrones diebus festiuis, & sic ordine iuris non seruato ob id, quia ꝓcedit̃ ex offõ text. in l. fi. C. de malef. & math admittit interrogationem de socio eo q̃m in eo crimine dato ꝙ in eo casu sit instituta accusatio, non ꝓcedit̃ sup accusatione ob id, ꝙ accusator teneat ĩ aliquo, neq; ĩ eo delicto põt grauari ex noiatione sociorũ, q̃a nõ tenet̃ de calũnia accusator, neq; hr̃ tanq̃ delator, sed p̃mium consequtur, vt est text. in l. nullitas. C. de malef. & math. & in simili est tex. l. nulli. C. de episc. & cler. in fin. tex. in l. q̃ vltimo, infra de pœn. loquens de eo, q̃ dãnatus fuit ad bestias, intelligi põt ĩ eo casu, in quo iudex vult ꝓcedere ex offõ inquirendo, non aũt ad accusationē. Sed aduerte, ꝙ Bart. in l. maritus. eo. tit. dicit, ꝙ deponēs in casu illius l. nõ facit indicium, sed qualēqualem p̃sumptionem, vt dicam infra, & intelligendus est q̃n ꝓceditur ex offõ. Eodē modo tex. in l. fi. supra ad exhiben. Item, & tex. in l. 1. C. đ fal. mo. loquũtur, ꝙ, & si detur accusator, non tñ tenet̃ ĩ aliquo virtute accusationis, sed hēt p̃mium, neq; tenetur ex calũniatore, nec pœnam patitur, iõ fit interrogatio de socio, ita est tex. in d. l. 1. de fal. mon. tex. in l. 1. §. 1. hoc tit. loquens de seruo, q̃ finxit crimen ĩ se, & mentitus est, põt intelligi dupliciter in eo, ꝙ dicit, interrogationem fuisse factã de socio primo, quia ibi interrogatio erat facta pro liberando ipm seruũ, quia dubitabitur, ꝙ delictũ imputatum nõ esset verum. & ideo interrogatio fit ad liberationem, & sic ad finem bonum, & exinde admititur. ita intelligit illũ tex. Alb. in d. l. fi. C. de acc. vel alr̃ possumus itelligere, qđ ibi ꝓcedebatur inq̃rēdo cõtra seruũ, nec erat accusator, cũ ipsemet crimē finxisset, tex. ĩ l. prius, supra ad Syll. intelligi debet ꝙ fiat interrogatio đ cõsocijs ꝑ naturã criminis. & S.C. Syl. ꝑ qđ ꝓceditur cõtra oẽs seruos, đ q̃b. ē suspicio. & prius iterrogatur đ eorũ criminib. & postea de cõsocijs, & possumus dicere ꝓut dicit Bar. in d. l. repeti. ꝙ istud est speciale, vt serui iterrogētur de cõsocijs, vt hr̃ ĩ to. tit. ff. & C. ad Syl.

377 †In ea q̃one. An dictũ socij faciat indicium ad torturam, quia doc. cõiter cõfundunt isto casu, ideo videbimus.

378 †Primo, an noiatio facta per reum in tortura faciat indiciũ contra noiatum in illis casibus, in q̃bus de iure ꝑmissa est noiatio. Secũdo, an faciat indicium in illis casibus, in quibus non cõceditur noiatio. Tertio, an socius tanq̃ testis, assumptus non vti reus faciat indiciũ contra noiatum. In primo casu Saly. in l. fin. C. de accus. dicebat ꝙ talis depositio, & noiatio socij nõ faceret indiciũ, eo, quoniam est criminosus, ideo repellendus, cũ ēt sit particeps criminis Ideo eius dicto non sit standum, l. si filius. C. de lib. cau. & ibi not. Item quia militat rõ de qua in d. l. fin. Contrarium tamē determinat dicēs, ꝙ ex eo dicto solo, & noiatione non oritur indicium ad torturam, sed oritur iuncta p̃sumptione, seu indicijs, q̃ erãt cõtra ipm reum. Ex q̃bus indicijs oritur verosimilitudo cõtra ipm noiatum. nã si nõ fuissent indicia existētia contra reum, is non fuisset positus ad torturam, nec interrogatio subsecuta, & hoc modo intelligi dēt dictum Saly. in d. l. fi. versi. q̃ro nũc, dum dicit, ꝙ non debet torqueri reus sup socijs, nisi cũ socios negaret, & legitima præsumptio esset contra eum, ꝙ socios sciret, & vbi de eius sciētia nõ est p̃sumptio iusta, torqueri non debet, & eodem modo non fit interrogatio specialis, nisi cõtra eũ, cõtra quē interrogatur cõtra p̃cedat legitima p̃sumptio. vnde si fur, seu latro cõtra quē erãt indicia de spoliatione, subtratione, & furto, q̃ delicta verisilr̃ non p̃nt fieri in eo casu, nec fiũt ab vno solo, & hic talis indiciatus

diciatus de his delictis, si ponitur ad torturã, & nominat sociũ, coniũgitur verisimilitudo oriẽs ex primis indicijs insimul cũ dicto rei qõnati, & ex tali cõiunctione oritur indiciũ ad torturã contra nominatũ, non ãt intelligi debet dictũ Saly. vt nominatus habeat indicium ad torturã existentib. alijs præsumptionib. contra ipsum, sed sufficit nominatio facta præsupponendo, ꝙ ille, qui est tortus, sit legitime tortus, & infra positi Doc. tenẽt indistincte dictũ correi in pdictis casib. facere indiciũ ad torturã, & istud tenuit Cyn. in d. l. fi. But. Abb. Imo. in c. 1. de cõf. Bar. in trac. de q. col. 4. vers. sed nunquid, quod ẽt positũ est in operib. Gan. de malefic. in tit. de qõ. d. ver. sed nunquid, sensit Alex. in cons. 89, viso themate col. 2. vers. quinimò, vol. 3. quamuis Hipp in d. §. dilig. nu. 60. adducens multos, ꝓ ea opinione, ꝙ requirantur præsumptiones vltra confessionẽ, & præcipue Imol. in d. c. 1. de confessis, qui tamen indistincte tenet opinionem iã dictã, ꝙ nominatio sola faciat indicium ad torturã, & Ang. de Ari. in addi ad Ang. de malef. in verb. fama pub. nu. 31. male allegat Gand. & Guid. de Suz. in suo tract. quod requirãtur alia indicia penes dictũ torti, quia simpliciter loquũtur indiciũ facere, quod tamen intelligo vt supra. Rõ põt esse, quia videmus ll. concedere in casib. iã dictis, interrogationem posse fieri de socijs legitime, tamen vt supra si indiciũ nõ orietur habile ad torturã, frustra lex voluisset ꝙ interrogatio fieret, & iõ ad hoc (vt talis dispõ effectum habeat, necesse est dicere oriri indiciũ

379 ad torturã. † Cũ lex, & eius verba intelligi debent cũ effectu, l. pen. § pen. supra ne quis cum qui. l. 1. supra quod quisq; iur. gl. in c. fi. de spons. sed aduerte ꝙ vltimo allegatur per Bar. & Bal. & Rom. ꝙ faciat quale quale indiciũ, iõ in hoc casu distinguerẽ, ꝙ aut reus legitime interrogatur, quia præcedunt indicia de cõsocijs in generali, vel spãli interrogatione, & tunc oriatur indiciũ, aut nõ præcedunt alia indicia, & tunc faciat qualẽ qualẽ præsumptionẽ hoc modo intelligatur d. l. qui vltimo, & quod dicit Bart. in l. maritus, hoc tit. & Bal. in l. seruos, C. de test. & Rom. in l. & si certus, supra ad Syll. volentes ꝙ ex d. l. qui vltimo oriatur qualequale indicium.

380 † Requiritur hoc tamen primo, ꝙ talis cõfessio sit facta, seu nominatio in tortura, aut statim deposito reo de tortura, alias nõ valeret arg. text. in l. petens, C. de pact. Ita tenet Alb. in d. l. fi. C. de accus. Ea ratione, quia.

381 † Personæ turpes, cum in testimonium recipiantur eorũ dicto sine tormentis non creditur, l. ob carmẽ. § si ea rei cõditio. supra de test. Et per hanc rõnem idẽ tenet cõsulendo Raph. Fulg. in cons. 173. in causa inquisitionis, col. 1. vers. quidã Doct. allegat tex. in § si vero ignoti, in auth. de testi. & Hipp. in § dili gẽter, in sua pract. nu. 6 : . similem rationem adducit per text. in c illi qui. 5. q. 5. & in c. in primis, 2. q. 1 gl. in c. cum p. de acc. Alexan. in consi. 11. circa primum, col. 2. vol. 1.

382 † Secũdo requiritur, ꝙ interrogatio fiat generaliter per iudicẽ de cõsocijs, nã si particularis fieret interrogatio, diceretur suggestio. l. 1. §. q. qõnẽ, supra hoc ti. gl. ĩ l. prius. & in l. si certus supra ad Syll. Dy in d. l. fi. C. de acc. & Sal ibi col. fi. q. dicit nõ deueniri ad ĩterrogationẽ particularẽ, nec ad spẽm nisi contra aliquẽ ĩ spẽ sit legitima psũptio, vt dixi sup.

383 † Qõ. & difficultas oritur, an reus facta nominatio in torturia de s cio debeat iurare dicta per eũ esse vera. Hip. in sua prac. in § dil. nu 62. dicit iurare debere. & ꝙ assessores erãt ĩ hoc in nõ deferẽdo iuramẽtũ reo. mouetur

384 † Quia depositio sine iuramento est nulla, l. iusiurãdũ. C. de test. c. tuis, eo. tit. idem etiã, ꝙ vtraq; pars velit, non põt testis deponere sine iuramento. Ang. in l. si vacãtia, C de bo. vac. li. 10. Fel. in c. significasti de homic. item qa ẽt ꝙ sit cõmissa cã alicui, secũdũ eius conscĩam terminãda, requiritur iuramẽtũ ex mẽte Ang & Pau. de Cas. ĩ l. de pupillo. §. q apud supra de ope. no. nun. Itẽ summus Pont. non põt tollere, nec dispẽsare cũ iuramẽto, ut testis sine eo deponat, c. cõstitutus, & ibi no. de rescrip. & cũ reus existens in tortura habeat manus ligatas nõ põt iurare, iõ eius dictũ nõ valebit. In hac q. existimo reũ nõ debere iurare, & eius dicto stãdũ esse de nominatione facta cõsocij in tortura in casib. cõcessis ad interrogãdũ, nã Abb. in c. 1. de cõfes. vt Alb. de Ros in d. l. fi. C. de acc. dicunt magnã esse differentiã ꝙ deponat tãquã testis, vel ꝙ deponat tãquã reus, & iõ cum reus deponat non uti testis, requisita necessario in teste nõ adhibenda sunt in personam rei, & sic iuramẽtũ nõ erit necessariũ, cũ lex statuat in teste iuramẽtũ dari in reo ãt nihil aliud dicat, nisi interrogari nec de iuramento aliqua sit determinatio. & exinde cum diuersitas sit

inter

inter ipsos, diuersum ius statui debet nec de vno ad aliud licita erit argumentatio l. Pap. exuli, supra de minori. Demõstratur ẽt hoc verũ q̃a depositio in tortura excedit dictum testis in aliquo, & dictum testis excedit dictũ rei in tortura: nã si plures fuerũt cõsocij, qui deponãt de altero socio in tortura ex dicto pluriũ noĩatus nõ habebitur ꝓ cõuicto, & ex dicto vnius contra se habet indiciũ ad torturã. sensit Bar. & ibi gl. in l. 1. §. idẽ Corn. hoc tit. Et Bal. in l. quoniam, C. de test. vol.

383 †Quod ex quatuor cõsocijs tres nõ ꝓbẽt cõtra quartũ delictũ cõmisisse, determinat ẽt Alb. post Gab. de Ossel. in trac. de fam. in l fi. 2. col. C. de acc. & in hoc casu si plures testes deposuerũt de visu, probãt plene, & habebitur reus pro cõuicto, rõ est, quia quãdo sunt plures correi, est vna tãtũ qualitas indicij, & ad hoc vt ĩdicia dicãtur plura, reqritur diuersitas inter vnũ & aliud, nõ aũt ꝙ sint eiusdẽ generis, ꝓut sũt plures socij q̃ faciũt vnũ, & idẽ indiciũ, secus in plurib. testib. quia vnusq̃sq; deponit ex sensu suo, & si bonus fuerit, quilibet parũ minus semiplena probõne dicitur facere d. l. cũ probatio, supra de probat.

386 †Quod ãt indicia debeant esse diuersi generis, sensit Bar. in l. vnius, §. 1. hoc ti. & Par. de Put. in tra. syn. circa fi. in ver. viso de repetitione, ꝑterea videmus ꝙ maior virtus est in eo, qui deponit in tortura q̃ ꝙ sit in illo, q̃ deponit tanq̃ testis. Nã deponẽs in tortura non est bonus, quia socius criminis nõ ẽ idoneus, quia deliquit, põt repelli, quia infamis saltẽ de facto, & ipse solus facit indicium ad torturã, vt dictũ est supra. & tamẽ testis vnus de visu, nisi habuerit qualitates ꝑdictas, vt sit bonus, idoneus, nec repellatur, nõ facit indiciũ ad torturã, vt vidimus supra ĩ indicio de teste de visu, & sic ista duo reus, & testis habẽt se vti excedẽtia, & excessa. Præterea reus põt dicere cõtraria in eius dicto, & toleratur. l. nemo, supra de exc. & dixi supra in ver. mẽdaciũ, qđ nõ est in teste, vt ibi. Nõ obst. q̃ adducũtur in cõtrariũ, quia loquũtur in teste, in quo de sub̃a requiritur iuramẽtũ, secus in dicto rei, quia hoc tãtũ cõceditur à iure, vt interrogetur per iura iã dicta. Istud ꝙ iuramẽtũ nõ requiratur sensit Ale. in cõs. 89. ĩ 3. vo.

387 †Tertius casus est, quãdo interrogatio fit in ea persona, q̃ de iure interrogari nõ põt, difficultas est, an faciat saltẽ ꝑsumptionẽ, ꝑ q̃ iudex possit inquirere. Dec. in cõs. 189. inc. Lętatus sum, tenet, ꝙ si reus fuerit interrogatus in illis casib. in quib. iure interrogari nõ põt. ꝙ nõ faciat ꝑsumptionẽ vt inquiratur. al legat multa cõsilia Ful. idẽ voluit Hip. ĩ sua prac. in § dilig. nu. 67. Cõtrariũ puto verius, quia cõiter Doc. tenẽt iudicẽ per talẽ dispõnẽ posse inquirere, vt voluit Host. Io. And. But. Abb. Anc. in d. c. 1. de cõf. per illũ tex. & hoc si depositio sit facta in tortura, vel post torturã statim, idẽ voluit Sal. ĩ d. l. fi. C. de acc. Ang. & Ro. qui dicit hanc esse cõem in l. & si certus. supra ad Syll. quod idẽ voluit Imo. in d. c. 1. de conf. subdens, ꝙ si fama contra nominatum insimul cum dicto correi, sufficiens erit indicium ad torturam.

388 †Tertio casu quãdo aliquis deponit tanq̃ testis, & noĩat aliquẽ in sociũ, vel deponit cõtra ipsum sociũ, eius attestatio vti à delinquẽte facta inducit qualẽqualẽ ꝑsumptionẽ, ita no. Abb. in d c. 1. de cõf. dicẽs æquiuocũ esse in hac materia socij criminis, idẽ velle disponere in reo, quod in teste: quẽ sequitur Dec. in c. quoniã, in fi. de testi. vbi multa adducit, & pro eadẽ sñia est tex. in c. 1. de tes. li. 6. & in l. quoniã, C de test. nec in hoc casu facerẽ eã differẽtiã, quã multi faciũt, & de qua supra distinguẽdo ꝙ aut deponit in eo casu, in quo non possit interrogari, vt tũc sit verũ, qui iã dixi, aut si posset interrogari de cõsocio tũc faceret indiciũ, q̃a dico Abb. optime hũc casum vti separatũ à ꝑcedẽti posuisse: nã si deponit taquã testis, & extra torturã, non debet facere indiciũ, cũ requiratur tortura, vt dixi, nec aliter ei credatur, nisi dicamus,

389 †quod ẽt quãdo talis socius assumitur tanq̃ testis, debeat torq̃ri, iuxta l. ob carmẽ. sup. de test. & gl. in l. 3. §. l. Iul. in ver. palã. o. ti. de tes. tũc n. si ponetur ad torturã opt me distinguetur, an sit casus, ĩ quo possit inter. nec ne.

390 †Mortui depositio an faciat indiciũ ad torturã Bar. Bal. & Ro. in l. si quis in graui. §. si quis moriẽs, supra ad Syll. dicũt per illũ tex. indiciũ nõ oriri, adducitur gl. in l. mater, C. de cal. q̃ appellat dictum defuncti vilẽ præsumptionẽ, & gl. in c. literas, de præsum. in prin. dicens dicto morientis nõ esse credẽdũ, & Bal. in ver. vasalli in ti. de pa. conf. dicit morietẽ non esse S. Io. Baptistã, & ratio redditur quia si dictum morientis probaret, esset testis in causa propria, quod à iure prohibetur, l. nullus, supra de test. l. omnem, C. de test. in contrarium, ꝙ imò eius dicto sit credendum.

† Quod

391 †Quod quis nõ dẽt esse immemor, nec præsumitur salutis æternæ.l.fi.C.ad l.Iul.rel. pe.c.sanc.1 q 7.adducitur gl.in l.1.C.de san. cau.adie.itẽ & rõ, cõfessio sine cã facta nou. valet secundũ Butin c.si caut. de fid.instru. cũ ẽt à cõiter accidẽtib. ꝙ de breui moritu rus nõ vult esse mẽdax, & tenẽtes hãc partẽ respondent ad tex.in d.§. si quis moriens ꝙ ista verba intelligãtur nõ esse credendũ quo ad condẽnationẽ, & sic in potiori significatu.§.sed quoties.Insti.de iur.nat.l.1 § qui in perpetuũ. supra si ager vecti vnde Hip.in §. dilig.in sua pract. distinguit, ꝙ aut ille, qui moritur grauat aliquẽ eius dictũ & tũc si cognoscitur ꝙ non est boni sensus, aut sinceri intellectus dictũ eius non attenditur per tex. in l.hac cõsultis.§ at cum humana fragil.C. qui test fac.poss.in l.iub.C.de testa. Aut est boni sensus,& tũc,aut aliter põt probari delictum, quàm per eius dictum, & tunc dicto decedentis non statur,& ita procedat tex.in d.§.si quis moriens,aut non potest fieri probatio de delicto, nisi ex dicto decedentis,& tunc faciet indicium, ea ratione.

392 †Quia multa concedũtur & testes inhabiles admittuntur ad hoc, vt veritas hẽatur, l. quoniã.C.de hær.Saly in l.ea quidẽ.C.de ac cus. Itẽ multa conceduntur ne delicta remaneant impunita iu l.vulner. sup. ad l.Aquil.

393 †Item asserenti de gestis à se plene creditur Paul.de Cast.in l.q o.sup. de ædil.edic.& in l.quicũq;.C.de ser.fug.& q̃ ponit Ja in l.1, §.si absens.sup. si ex nox.cau.aga In hac q. credo indiciũ nõ oriri ex dicto defuncti,quia tex.in d.§.si quis moriẽs nõ videtur hoc probare,vt dicã indistincte. Nec obst.rõ Hip.ꝙ cõfessio ꝑiudicet,quia verũ est,vt dicunt oẽs doct.in d.§.si quis moriẽs,ꝙ ad sui præiudiciũ statur cõfessioni morietis, sed nõ in alterius dãnũ,& ita cõcludũt oẽs ibi, nec est verũ,ꝙ tex ille debeat intelligi,ꝙ nõ credatur quo ad diffinitiuã, nõ aũt quo ad indicium, quia indiciũ est pars probõnis minus tamen semiplena,si nõ creditur,& remota est probatio generaliter,ergo & indiciũ,qđ est spẽs probõnis,cũ remoto genere remoueatur & q̃libet eius spẽs.l.fundi.§.fi.sup. de fun.instr, cũ alijs.Nec ob rõnes,ꝙ multa concedãtur, vt delicta puniãtur,& veritas hẽatur qa hoc nunquã cõceditur à iure ꝙ quis possit deponere in facto proprio, & pro exequẽda eius opi.vt sibi aliqualiter credatur,& testis deponẽs de gestis à se deponit ad beneficiũ, & cõmoditatẽ alterius,nõ suijpsius, vt in casu nostro.& falsum est,ꝙ plene probat, qa requirũtur alia indicia,& adminicula,vt per Paul. de Ca.ĩ d.l.q cũq;. & per Ias.in d.§ si absens.

394 †Aduerte ꝙ text.in l.si quis in graui.§.si quis moriẽs, põt intelligi in eo,ꝙ dicit non esse credendũ si moriẽs dixerit,vt illa dictio, si moriens,stet cõdõnaliter, quãuis gl.aliter ibi sentiat.vt si in art.mortis excedẽs dixerit hoc ꝙ sit vim passus à seruo, nõ credatur ea rõne, quia existẽs in eo statu mortis ꝑsumitur nõ sanæ mẽtis,nec sinceri intellectus, & ideo eius dicto nõ statur iux.d.l.hac cõsultissima §.at cũ humana fragilitas,& d.l.iub.& hoc suadẽt verba tex.nã sufficiebat,ꝙ I.C.dixisset,si quis moriẽs semel,& ĩ prin.sed quia noluit demõstrare quo tpe in particulari nõ sit credẽdũ,domino, explicit ips dicẽs,si moriẽs q.d.si nõ moriẽs. & sic in art.mortis nõ existẽs hoc dixerit, sibi credatur, vt dicã infra,& expositio gl. in hoc casu nõ põt stare, vt dicamus secundũ eã, ꝙ quãuis sit in artic. mortis,non credatur, quia nec crederetur,si nõ eẽt in art.mortis,vt ipsa innuit,quia hoc nõ est verũ cũ sit credendũ domino vulnerato,& nõ morienti de seruis ipsis, & ideo per contrariũ si vulneratus mortifere superuixerit per aliquod tps, & fuerit conquestus de seruis,& dixerit à seruis interemptũ sibi cre datur,vt ĩ l.1 §.fi.eo.tit.ad Syl ea rõne, quia super viuendo post vulnera ꝑsumitur in bono sensu,& quod dicat veritatem,& ei est credendũ :nã si habetur suppliciũ ex S.C.Sylla, contra seruos ex eo solo ꝙ fuerint sub eodẽ tecto.l.1.§.qõrẽ.cũ §.seq. & §.si quis ĩ villa, & hoc ex eo solo, ꝙ est sinistra suspicio contra seruos de morte domini, tãto magis dicendũ est,si ipse dominus dicat se fuisse vulneratũ à seruis.quia hoc casu cum agatur de re propria,& de seruis proprijs, ipsi erit credendũ,cũ nãliter quis non præsumatur velle consumere suũ.l.cũ de ĩdebito, sup.de prob. Sed aduerte,ꝙ mihi videtur ꝙ ista argumentatio,quàm faciunt doct.ex dispositis in tit. ad Sylla. ꝙ decidatur contra liberam personam illud idem non sit bona.

395 †Quia facilius proceditur contra seruum, maxime propriũ conquerentis & occisi,q̃ ꝙ procedatur contra liberũ,quo ad torturã,& quo ad alia, vt est text. in l.si quis & in l.ex lib.hoc tit.no.Bar.in l.1. §.si ser. in prin.hoc tit.&

tit. & ideo arguere de seruo ad liberum non videtur bonum, quia non est par ratio.

396 †Denunciatio decani, seu centenarij An faciāt indiciū ex eorū denūciatione, quādoque proponūtur isti denūciatores ad manifestandū maleficia q̄ fiūt in ciuitate, & in villis, vt quotidie seruatur, & tūc istorū denunciatio facit qualequale indiciū, ex quo pōt iudex procedere ad inquisitionē, ita intelligitur l. diuus la 2. sup de cust. & exhib. re. & hoc determinat Bar. ibi in 3. q. idē voluit Saly. in l. ea quidē, in prin. in 10. q. C. de accus. adducens pro hoc tex. ibi & tex. in l. 1. C. de dec. li. 10. & Alex. in cons. 1. in cā inquisitionis formatæ col 2. ver. accedat, vol. 3. & pro p̄sumptione innocētiæ ponit eā Cœp. in cons. 31. super homicidio. col. . ver prima est, & Ang. in trac. malef. in verb. necnon ad denūciatione. col. 6. ver. quæro an denūciatori, & Hip. in prac. in prin. nu. 19. & in cons. 6. n. 9. Q̄nq; p̄ponūtur ad inueniēdū delicta, & tūc ī grauib. ipsis nō credit, nisi vti testib. aut in leuib. & si p̄positi fuerint p̄ formā statuti ad inueniēdū arma. & tūc ipsis credit, vt p̄ Bar. ī d. l. diuus, & p̄ Ang. addemus ī loco p̄dicto, vbi videas.

397 †Incātationes, seu diuinationes q̄ fiūt per astrologos, geomātes, & p̄ istas mulierculas ex inspectione aquæ benedictæ, vel speculi, vel cū forcipe, & cribro, vel simi. sortilegijs, an faciāt indiciū, vt si dixerit Titiū fuisse furē, vel homicidā, Bru. in d. trac. in d. col. 13. ver. q̄ro an diuinatio dicit, q̄ talib. non est adhibenda fides. l. itē apud Labeonem. §. si quis astrolo. sup. de iniur. & ibi Ang. hoc tenet, q̄ indiciū non faciūt ad torturā, subdens, q̄ iudices caueant, vt non errent moti ex diuinationib. l. verbū p̄cib. C. de if. dicit tamen Bru. q̄ Bal. in quodam suo cons. tenet, q̄ licet ars maleficiorū sit reprobata. l. nemo. C. de malef. & math. tamen quādoq; permittitur, q̄ maleficiū tollatur per aliud maleficiū, si alio mō non pōt, q̄ per incātationē Dæmonū, vt no. per Io. And. de Rip. in sū confess. in rub. de imp. ligam. tamen non dēmus recedere à Deo quidquid ore proferatur, cū licitū est aliquādo de aqua turbida viuere, vbi deficit clara, & medicinæ sumūtur rōne sanitatis non delectationis, concludens, q̄ quāuis ars diuinādi sit reprobata, tamen vbi magnū scandalū immineret nec Deo, nec hoīb. reprehēsibile videtur, si fieret, & operabitur ad inquisitionē non ad torturā, & si diuinator aliquē inculpat, poterit iudex pro illo mittere, & videre qua cum cōstātia, aut trepidatione, aut quo palore, aut rubore loquatur, & exinde sumere indicium veritatis, & istud sequitur Hip. in sua prac. in §. dilig. n. 181. ponens exēplū de cadauere emittente sanguinē ob superuenientiā homicidæ, q̄d dicit vidisse, & practicasse. Aduerte q̄ p̄cedens decisio non videtur aliquo mō mihi vera, vt non tātū indiciū non oriatur, sed nec suspicio, p̄ q̄ iudex possit moueri ad inquirendū, seu alio mō procedendū, cum sortilegia sint oīno prohibita.

398 †Nec pro inueniendo furto Ecclesiæ pōt fieri incātatio aliqua, ēt sine dæmonū inuocatione, prout est tex, in c. 1. & 2. de sort. Et Abb. & Io. And. in d. c. 2. qui dn̄t nō esse licitū cōsulere istos diuinatores, seu sortilegos, ēt si hoc fiat sine īuocatione Dæm. ea rōne.

399 †Quia occulta solus Deus scit, & est secretorū cognitor, & iudex c. erubescā. 32. dis. vnde dicimus, q̄ ecclesia nō iudicat de occultis & cū nō possit probari, discretus iudex se nō intromittit, sed diuino iudicio relinquit l. & si restituātur. §. fi. sup. de iud. vbi Bal. dicit p̄ illū tex. q̄ iudex dēt iudicare, secundùm conscīam, q̄ cadit in hoīe ipso tanquā iudice, & licet Deus oīa nouerit, nō tn̄ si euenit ī hoīe.

400 †Præterea sortilegi sunt infames, & repellūtur à testimonio, & ab accusatione, & puniūtur faciēdo sortilegia, & grauiter peccāt vt in d. c. 1. & 2 de sortil. & in d. l. item apud Labeonē. §. si quis astro. sup. de iniu vbi post illud, q̄ iniuriā faciat. & cū eo agi possit subdit tex. q̄ cōstōnes eū tenēt. & ibi gl. in verb. constōnes dicit vltore gladio puniēdus, vt d.

401 l. nemo. † Q̄uo itaq; pōt iudex admittere sortilegū, & ex eo accipe fundamentū ad inquirendū, cū non tm̄ eos reijcere dēat, sed ēt punire, & sic vn̄ pœna dēret dari p̄ iudicē, ī de iudex accipe dēat fundamentū; arg. eorū q̄ hn̄r in l. nō dubiū. C. de legi. & l. memin. C. vn vi, ibi. ne inde iniuriarū nascat occasio, vnde

402 iura nascūtur. †Eo maxime: quia vterq; iudex, tā secularis, q̄ ecclesiasticus pōt cognoscere de tali crimine, & acerrime punitur p̄ ius ciuile, & locus est p̄uentioni inter eos, ita no. Abb. ī d. c. 1. de sortil. in ver credo ēt allegat to. tit. C. de malef. & math. vbi puniūtur vlt. supplicio, de iure vero canonico si sūt viles fustigātur, si liberi, & honesti dānātur ad p̄petuos carc. c. contra idol. 26. q. 5. Rom. in sing. 660. incip. Tu scis, ex q̄b. cōcludo, q̄ ex

cau

tali re ꝓhibita,& punibili nō pōt,nec debet iudex ſumere fundamētū ad inqrendū.Non obſt.exēplū traditū per Hip. ꝙ ſanguis exijt ex cadauere ſuperueniēte interfectore, quia illud non ꝓuenit ex incātatione,aut ſortilegio,ſed eſt quoddā miraculū,& ab occulto ꝓcedens,de quo dicā infra in indicio ſigni.

403 †Iudex ſi vidit,an ſi ſit indiciū ad torturā, vt puta ſi interfectus fuit hō in platea,& iudex vidit nullis alijs exiſtentibus ꝓbationibus,dicas ꝙ nō, ꝓut voluit Spec.in tit.de ſen.& his q̄ ipſi ſequun.§.qualiter.ver.itē debet ferri, dicēs.

404 †Quod iudex debet procedere ſecundū allegata,& ꝓbata, & nō ſecundū conſciam.c.iudices.3.q.7.l.illicitas.§.veritas,ſupra de off.præſi.& per illū tex.dicit ī caſu pmiſſo,qū iudex vidit occidentē.Spec. d.§.item debet, ꝙ Azo.& Accur. cōſulti reſpōderūt,ꝙ poteſtas non potuit ponere illū ad qōnem,qđ dictum ſequitur Bal.in l.fi.in prin.ver.itē,qro.C.de appellatio. Quod intellige ſecundū qđ ipſemet Spe.in tit.de noto. crim.§.fi.ver.Petrus de Samia, vt procedat quādo eſt notū iudici,quia in faciē eius ſolū homicidiū perpetratū ſit,ſecus ſi alij cum ipſo iudice fuerint q. poſſint delictū ꝓbare, & tūc ſecundū qualitatē probonum orietur indiciū,vel plena ꝓbō, & ita ītelligitur tex. in §.quādo.2.q.1.Puto tamen, quod iudex ex ea viſione poterit inquirere, ſuper delicto, & procedere contra eum,quem vidit.

405 †Nomen malum facit indicium in gñe contra illud hñtem, vt eſt tex. in c.1.& ibi Ioan. And. Card.& Imol.in verb.Bellial.de depo.& dicit Io.And.in c.cū ſecūdū,de pb. ꝙ ſi nomina dñent emi, bona eſſent emenda magno precio.& dicit Abb.in ꝓoe.decr. col. 2.ver. ideo quæro, ꝙ ex turpi nomine, q̄nq; oritur ſiniſtra ſuſpicio.credentes non nulli illud nomen fuiſſe impoſitū ab euētu, & ibi Felin. nu.32.dicit poſt Doct.ꝙ ex malo noīe orit̄ ſiniſtra ſuſpicio per ea , quę hñr in tex.& gl. in l.facta.§.ſi in danda. ſupra ad Treb.vbi multas auctoritates adducit & Iaſ. in rub. ſol.matr. num.16. Et Par. de Put. in tract. de ſynd. in verb.mādauit.col.8.ver.qñ delictum , dicit verum eſſe malum nomen facere ſuſpicionem,& indicium,ſi cum eo cōcurreret mala fama (vt puta) ꝙ eſſet homo malæ famæ,& vocaretur rampinus.

406 †Phyſionomia mala. Et hæc gñat ſuſpicionem in gñe, & oritur præſumptione mala natura & vitiata, non quantū ad pſumendū in ſpecie de ſpāli, & determinato delicto, bona autem phyſionomia prodeſt,vt voluit Bal.in l.2.in ver.q̄ aūt. C.quor.appel.non recip.& dicit Par.de Put. in d.tract.in verb.mādauit.col.8.ver.quādo delictū,bis indiciū fециſſe ꝑ phyſionomiā,vt vnū hēntē bonā phyſionomiā iudicauerit innocentē, & aliū habentē malā phyſionomiā iudicauerit nocentem , & furem, & ita reperit veritatem eſſe.

407 † Signū facit,quādoq; indiciū(prout voluit Cic.lib.2.ad Hæren. in c. in cā coniecturali in verb.argm̄ dicens)num qui ſtrepitus, clamor,crepitus exauditus ſit,& Par.de Put. in d.tract.ſynd in d.verb.mādauit,in fin.volens , ꝙ ſi reperiatur occiſus puer in vna domo,& vicinus dicat, ꝙ per dies ante audiuit vnū puerū ibi plorantē, & hæc ꝓbō valet ꝑ viā ſigni,per ea q̄ no. ꝑ Bar.in l.de pupillo. §. ſi q̄s ipſi ꝑtori, ſupra de no.ope.nun.& ꝑ Bal.in c.cum terra. in fi. de elect. & ꝙ de eo fuit tractatū Romæ in quodā puero,quē Iudæi in die Iouis ſancta ſubtraxerunt,iugulauerūt, & in ſecrete ſanguinē eius biberunt.

408 † Itē ſi exhibeatur cadauer ante occiſores,& ex vulneribus ſanguis exibit, erit magnū indiciū,à qua experiētia nō erit per iudicē recedēdū,cū ſit rerū oīum magiſtra. c. cū ſit.de elect.in 6.& clem.1.de æta.& quali.Et iſtud dicit Par.de Put.admiſiſſe ꝑ vero Hēr. de Gand. in ſuo collib.7.& c.Thad. med. & Ang.in tit.de homic.q. dicit hoc accidiſſe in quodā Aegyptiaco,ſubdēs ipſe Par.hoc fuiſſe expτū Romæ tpe, eo quo occiſus fuit Cardinalis S.Marci,& Hyp.in ſua pract.in § diligenter. nu.181 dicit ſe expertū eſſe iſtud in ciuitate Albiganæ,& vidiſſe per pſentiā occiſoris cadauer effluere,& emittere ſanguinē, & iſtud hēt cōis hoīum ſermo,ꝙ per pſentiā occiſoris cadauer emittat ſanguinē, ex quo dixi ſupra in verb.incantationes, ꝙ iſta emiſſio ſanguinis nō prouenit ob incantationē, ſeu ſortilegium , ſed eſt quoddam à natura inſitum, de quo ratio reddi non poteſt.

409 † Furti indicia poſſunt ēt aſſumi ex indicijs diuerſis cōcurrētibus in homicidio, ꝓut eſt trāſitus inſolitus, frequētatio viæ,tps, vt noctis locus,vt ante domū maleficij confeſſio,cōuerſatio cū malis,& alia per multa reſpicientia teſtiū depoſitiones,loquella timida,palor,trepidatio,mēdaciū,dictū ſocij, & alia cōplura,q̄ diligens quilibet poterit col-

ligere ex iam dictis, & quia in diuersis locis doct. vt ponũt indicia furti, ideo de his sub nectemus, & primo. 410 †Solitus furari, & sic mala fama facit indicium cõtra imputatũ, ꝙ rẽ furto subtraxerit, vt est gl. in l. in ciuilẽ. & ibi Bal. & Salyc. C de fur. 411 †Volentes ꝙ ex cõsuetudine oriatur p̃sumptio, & Saly. in l. si fugitiui. C. de ser. fug. facit gl. in l. cũ allegat. C. de vsur. Et qđ dicit Bar. in l. Cassius, supra de sena. ꝙ malus sẽper p̃sumitur malus ĩ alia re simili, & dicit Bar. hic loquẽs de indicio furti, ꝙ mala fama facit qualequale idiciũ. Ex quo dico, ꝙ de ꝑ se non sufficeret ad torturã, nisi alia cõcurrerẽt, vt dixi supra in verb. vita. 412 †Vicinus domui, in qua factum est furtũ, si eã domũ notã habeat, idiciatur, ꝙ furtũ cõmiserit, ita est tex. in l dominus horreorũ, supra locati, ꝑꝑ ædificiorũ notitiã in q̃õnẽ peti posũt, & super eo tex. & Bart. dicit, ꝙ q̃ hñt notitiã domus sunt suspecti, quãdo domus frãgitur, & hoc ꝑꝑ ædificiorũ notitiã, & ideo talis ꝑsonæ de facili possunt torqueri ad inuestigationẽ veritatis, vt in eo tex. & ideo officiales, quãdo cõmittũtur maleficia occulta, cõsueuerũt capẽ vicinos, à q̃bus verisimiliter põt declarari veritas. l. si ita, in fi. supra de fund. instr. & instru. leg. Idẽ voluit Bal. ibi ꝑ illũ tex. dicẽs, ꝙ si ĩ aliqua contrata cõmittitur aliqđ maleficiũ debẽt ad tormenta citius poni vicini, & domestici, & q̃ habẽt notã domũ, q̃ illi, q̃ non sunt vicini, nec domestici, subdens, arg. sumi ex eo tex. ꝙ furtũ p̃sumitur factũ à conuersantibus in domo, vel saltẽ, ꝙ illi sciãt, q̃s fecit, qđ ẽt voluit Saly ibi, q̃ dicit, ꝙ habẽs notitiã rei põt de facili ad q̃õnẽ torturæ deduci, qđ sæpius vidit seruari ꝑ iudices ad maleficia. Et ꝙ p̃sumatur cõtra vicinos de delicto hẽtur Dente. c. 21 qđ idẽ voluit Bar. hic in 2. col & Ang. & Salyc. in l. fi. C. de quæst.

413 †Limitatur ista conclusio, vt non habeat locum in vicino, qui sit bonæ famæ, nã tũc ꝑꝑ qualitatem personæ cessat indicium, vt ita voluit Bald. in l. 1. in fi. C. loca. & istud est de mente Bar. in d. l. dominus horreorũ dũ dicit, à q̃bus verisimiliter sciri põt, & ista verisimilitudo est cõtra malos hoĩes, nõ cõtra bonos, quod idẽ voluit Bru. in d. tract. de indi. in 3. q. prin circa prin. Aduerte, qđ vnum qđ dicit Hypp. in sua pract. in §. diligenter, num. 97. post Ias. in l. in actionibus. col. pen. de in lit. iur. dicẽs, ꝙ Bal. in d. l. dominus horreorũ, ponat limitationẽ p̄dictã de hoĩe bonæ cõdõnis, q̃ a Bal. ibi nihil dicit, & si cõclusio sit vera in se, vt bonitas ammoueat indiciũ, & illud diminuat, ẽt in maiori, vt dicã in seq. 414 †Infero ex hoc ad hospitẽ, penes quẽ bona sunt depositata ꝑ viatorẽ, vt si fuerint subtracta, sit indiciũ cõtra hospitẽ, & eius familiã, vt possint torqueri ob p̃sumptionẽ in genere ex mente Nic. de Mat. in d. l. 1. & ibi Bal. C. loc. & ꝑ Bar. in l. 1. §. fi. supra fur. aduer. nau. caup. in fi. nisi sit bonæ condõnis, vt per Bal. in d. l. 1. Et voluit Aug de Arim. in addi. ad Ang. in verbo. fama publ. num. 107.

415 †Debet ẽt hẽri cõsideratio personæ viatoris, si verisimiliter hẽre potuit bona, quæ dicebat subtracta, vt per Bar. in d. l. 1. §. fi supra fur. aduer. nau. caup. & sic verificatur dictũ Bar. in d. l. dñs horreorum, vt attendatᷣ verisimile, ꝙ multum operatur in indicis. vt dixi supra in 5. præmisso, ẽt est. glo. not. in l. si q̃ñ in uerbo qualitate, vbi in rebus inuasis attenditur qualitas personæ, & an sit talis, qui verisimiliter tot res teneat, vt petit.

416 †Furtiua res si reperiatur penes aliquẽ indicium est ipsum esse furẽ, l. in ciuilẽ. & l. ciuile. C. de fur. ita Bart. hic. idẽ voluit Salyce. & Ang. ꝑ eadẽ verba in l. fi. C. eo. Intellige prædicta procedere, nisi hñs rem furtiuam penes se ostẽderit, à quo habuit, vt in d. ll. & ex mẽte dictorũ docto. Quid si is, qui hẽt bona penes se, nõ põt probare, à quo habuit, nec ostẽdere titulũ, an hẽat indiciũ contra se, vt possit torqueri, Bal. & Saly. in d. l. in ciuilẽ, distinguunt. 417 †Quod aut ꝑsona, penes quam bona reperiũtur, est grauis, & honesta, & tũc ex possessione nõ p̃sumitur furtũ. arg. l. non oẽs. §. Barbaris. supra de re milita. Si vero est persona q̃ cõmiserit, & ꝑꝑ frequẽtiã actus, vt de eo male sit p̃sumendũ, tũc poterit deueniri ad torturã, vnde Saly. in d. l. fin. C. eo. dicit, ꝙ si res est reperta penes aliqu , attẽditur qualitas eius personæ, vt si est vir alias bonæ opinionis, vt est emptor, & reuẽditor pãnorũ vsatorum, vt sunt strazzaroli, qui ab ignoto cõsueuerunt emere, tunc nõ erit indicium contra eum. vt dicam in sequen.

418 †Visus exire domum cum fardello sub veste, vel pallio, sed q̃d esset ignorabatur, & hoc ꝓbatũ fuit ꝑ duos testes, istud erit vehemẽs argm̃, ꝙ subtraxerit res deficiẽtes ĩ domo, & q̃ dicebãtur furatæ in loco, vnde ille exiuit, vt voluit Ang. i l. 2. C. eo. de q. Et tale

indi-

dictū erit habile ad torturā,cū sit indiciū propinquū delicto,prout est illud visus admenare gladiū,& alia similia,de quib. dixi ī indic. homic.cū seq.Istud indiciū tollitur, si ille q exiuit domo fuerit vir ꝓbus,vt uoluit Ang. in l. milites. C. eo. de qō. qui dicit ꝙ si esset qō de furto bannorū vel ēt pecuniæ, & ꝓbatū sit, ꝙ vnus magnus mercator magnæ famæ,& nobilis vitæ illo tunc exiuisset de domo,de qua diceretur tūc subtracta pecunia, & cōprehēsus fuisset portare sub clamide aliquid,si ꝓbet̄ illud indiciū ꝑ duos testes, nō erit sufficiēs ad torturā,q̄a nō est verisimile, ꝙ tātus vir ad tā vile maleficiū ꝓrupisset,sed si cū isto indicio cōcurrēt alia,vt putb, ꝙ ꝓbaretur,ꝙ incōtinēti postq̄ exierit,visus fuit expendere multā pecuniā eiusdē formæ,cuius dicebat̄ subtracta pecunia,& quia cōstabat pecuniā subtractā,& reperitur,ꝙ tp̄e subtractionis nullus intrauit domū,nisi ꝙ iste visus fuit exire,tūc dicēdū est eū esse torquendū,q̄a ex istis duob. ducitur uerisimilitudo, & offuscat̄ p̄sumptio,qd idē voluit(sequēdo hāc doctrinam Ang.) Brun.in tract. de ind. col.2.Et Aug.de Arim.in add.ad Ang. in tractat.malef.in verb.fama publ.nu. 12.

419 † Visus exire tp̄e noctis è domo, in qua furtū ē cōmissum,habet indiciū cōtra se, cū lex male p̄sumat cōtra agētē de nocte, vt est gl.in l.furē. supra de sica. & factū tp̄e noctis est suspectum l.fi.supra de effractor. & expil. & possunt deduci in hoc q̄ dixi supra in ind. homic.in verb.Tps,& dicit Bal.in cōs 427.q̄dā mulier,in fi vol.5.ꝙ perambulare de nocte ad loca suspecta, & per personas suspectas,& à talib.suspicionib. torturæ cœperūt, & necessariæ sunt l.dolum, C.de dol.

420 † Expendens multā pecuniā de illa stāpa, seu cuneo cuius fuit pecunia, q̄ dr̄ subtracta, habet indicium contra se, vt dixi supra post Ang.in l.militesC..de qō.Et voluit Brun. in tract.de ind.qō.3.circa prin. Sed aduerte, ꝙ non puto tale indiciū esse sufficiens ad torturā,cū sit indiciū remotū à maleficio,ex quo nō debet quis torqueri, ut dixi supra in præmis.6.& est de mēte Ang dū vult ꝑ hoc indiciū, & alia indicia coadiuuari in d.l.milites.

421 †Expendens pecuniā,cum ante esset pauper homo,nec reperitur vnde habeat, indiciū habet cōtra se,vt voluit Bar.hic.arg. tex. in l. Quintus. supra de dona. inter uirum, & vxor. quod etiam voluit Salycet. ponens verba Bartol in l.fin.C.eo de quæst.

422 † Res subtracta, si cedebat ad cōmodum imputati, & nō alterius, facit indiciū cōtra eum,v.g.instrumētū quod ad eū pertinebat, non reperitur,ut voluit Bar.hic per tex. in l. 1.§.sed si quis instrumenta, C.de lat.lib. tol. quod idem uoluit Ang.& Sal.in d.l.fi. C. eo. de q.quod dixi supra in ind.homic.in uerbo qualitas personæ:sed puto, ꝙ non faciat indicium ad torturam ut dixi in præced. indic.

423 †Fuga famuli ex domo domini,ī qua res fuit subtracta,facit indiciū cōtra eum,uoluit gl.in §. si vero, in uerbo factum,in auth. de exhi.rei.dicēs, ibi esse optimū arg. cōtra seruientes fugientes, ut eo ipso res amissas uideantur subtraxisse, ex quo dicit ibi Iaco.de Bel. ꝙ erit indiciū cōtra fugientē, sed ꝙ ꝑ talē fugā solā non sit tormentis subijciēdus, quia exiguntur argumenta sine indicia l.1. in prin.supra eo & d.l.milites C.eo. & etiā, quia fuga afficit personā,nec est regulata, si ue demonstrata directo principaliter ad crimen,idē uoluit Bru.in d.trac.de indi q.3.in prin.Aduerte,ꝙ Io.And.in addi.ad Spe.in ti. de præsump.in add.quæ incipit lex unica,dicit opi.Iac.de Bel in d.§.si uero,de iure procedere, & esse ueram in quantum uult indicium oriri ad torturam sed dicit ipse, de consuetudine seruatur contrarium. Puto, quod in casu(de quo agitur)& ex fuga famuli oriatur indicium ad torturam si dominus conquestus & uerisimile sit, ꝙ potuerit talia bona subtrahere, cum essent penes dominum, nā ultra fugā habet hoc generaliter.

424 † Qđ de natura istorū famulorū est furari, ut uoluit Bal.per illū tex.iunc.gl.in l.fi. in uersi.in tex ibi de furtiuis,C.quib.ab liber. proclam. non lic. dicēs ꝙ natura seruorū est furari, qđ idē faciunt famuli scholariū,intellige tamen quod concurrat uerisimilitudo ex parte domini,& ex parte serui, ut dixi supra in uerb. uicinus domini,in fin.

425 † Culpa custodis,ob quā furtū factū sit, facit indiciū ut ipse custos torqueatur,ut furem iudicet, ita uoluit Bar.per illum tex.in l.1.supra de off.præfec. vigil. & etiam uoluit Bal.in loco ut infra.Intellige istud procedere, nisi esset factū furtū in loco qui.bene custodiri nō poterat, uel tēpore, quo custodiri non poterat, nam tunc per rerū naturā culpā abesse ꝓbatur,ut uoluit Bal.in l.3.§.cognoscit,in fin. supra eo.de off.præf.uig.& dicit esse tex.ibi,dum uult,custodes

stodes puniendos esse plerunq; q.d. nō semper, l. semper. §. hoc interdum, supra quod vi aut clam. cū ēt id quod non est possibile, cu stodib. non est iniungendum. arg. l. Titius. §. fi. supra de exc. tut. Nec est homo, qui semper possit vigilare, l. seruitutes. supra de serui.

426 † Forma pedis furantis in terra humida, facit indicium vt voluit Alb. in l indicia, col. 2. C. de reb. ven. dicens, quod vidit quendam iudicem maleficiorum, hoc modo quidā inculpatur, ꝙ furatus fuerat vuas de vinea, & quia terra erat balneata, & humida, & apparebat ibi effigies, siue forma pedū illius, qui furatus fuerat, adduxit illū ad locū, & reperit pedes eius cōcordare cū forma, & effigie, ex quo indicio quasi indubitato eū condemnauit. Putarē tamē, quod istud non esset indiciū ad cōdemnationē, sed iunctis alijs posset torqueri, nam possit de facili contingere, qđ esset similitudo pedū, & is non esset qui rem subtraxisset, & per consequens de per se non esset sufficiens indicium ad torturā, per ea, quæ not. Bal. in l. non hoc, C. vnde legit. & dixi supra in 2. not. Hoc idē sensit Bal. in cons. 427. quædam mulier. vol. 5. dicens quod iudex non debet procedere ad tormenta ex furore animi, sed debet habere eū moderatum ratione, & intellectu, subdens, quòd per motionē, & vestigia pedum significatur qualitas luporum, & uulpium, & ex semita pedum cognoscitur vnde transiuit latro, qui soliciti uenatoris laqueum nō euadit, l. in laqueum, supra de acq. rer. domi.

427 † Res aliqua (si relicta est in loco furti, quæ iustificetur esse alicuius) facit indicium contra eum, vt vult Cic. in d. li. 2. ad Heren. in c. in causa coniecturali, in uers. factū, dicens, si telum, si uestimentum, si aliquid huiusmodi relictum sit, aut si uestigium rei fuerit, quod

428 intellige, ut dicam in seq. † Schala ante fenestram domus, in qua factum fuit furtum, an si dicatur, ꝙ illa scala uisa fuit in domo alicuius, sit præsumptio contra ipsum ad tormenta. Par. de Put. in tract. de syndic. in uerb. an stetur dicto torti, col. 7. uers. an si reperiatur, dicit, ꝙ non faciet indicium ad torturā, quemadmodum dicimus de re inuenta penes alium, quæ fuit furto subtracta, & quia potuit alter cepisse schalam, nisi ille talis, in cuius domo reperta est schala solitus sit talia committere, quod dic, & intellige, vt dixi supra in hac par. in verb. Res subtracta.

FRANCISCI CASONI *Opitergini Iurisconsulti celeberrimi atque criminalium rerum peritissimi de Indicijs, & tormentis, tractatus duo. Ab authore ipso diligentissime recogniti, & locupletati, vt his notis patet, quibus accesserunt. Doctissima quædam eiusdem de Accusationibus, & Inquisitionibus singularia.*

TRACTATVS MALEFICII

præmeditati secundum Oratores, ius diuinum, & ciuile Francisci Casoni I.C. Opitergini,

SVMMARIVM.

1 *Indicia omnia oriuntur ex quatuor locis, & per tria tempora.*

2 *Persona qualitas indicium in criminalibus præstat, quæ tamen sola, cum sit remota non sufficit, nisi cum causis iungatur.*

3 *Causa in reo, ad indicia maleficij elicienda, est perquirenda, quam reus, vel affuisse negabit, vel extenuabit, vel non sufficere dicet, nisi cum uicio personæ iungatur.*

4 *Facta aut consilio, & ratione geruntur, aut impetu, & affectione.*

5 *Indicium efficax ex consilio, & ratione habetur.*

6 *Indicia ex impetu, & affectione ad non præmeditatum maleficium nascuntur.*

7 *Verborum qualitas animum demonstrat, vnde is videtur fecisse, qui prædixit facere.*

8 *Indicia propositi scire quare expediat?*

9 *Indicium omne quod indicat propositum, indicat & interfectorem, sed non econtra.*

10 *Indicia præmeditatum demonstrantia, propter effectum in non præmeditatum euadunt, vt quando rixantes sibi casu obuiant.*

11 *Prædicamenta, circa quæ videtur versari omnis quæstio sunt decem.*

12 *Iudicare valens quid probabile, aut non probabile debeatur idem acerrime iudicabit, quid verum, aut non verum in singulis rebus sit.*

13 *Indiciorum an certa doctrina dari possit?*

14 *Indiciorum cognitio non solum ex nobis, sed ex rebus ipsis etiam prouenit.*

15 *Natura quædam in homine est quæ ipsum cogit, aut fateri, aut aliter delictum manifestare & hæc quo nomine vocetur.*

Argumentum Tractatus, & locorum indiciorum omnium.

1 PRæferendum est, † omnia indicia, & actiones humanas oriri ex quatuor locis, videlicet

delicet, persona, cā, facto, dicto, & secūdū aliquos Oratores, ex non facto, ex non dicto: & per tria tpa, ante, in, & post delictum: & hnt locos suos, vt in tabula, quos dispersos collegi: & vim prædictorū, & quid accusatori, & quid accusato conueniat, dilucide perstringā, & sine ijs oē artificiū, materia, & eloquentia desunt. Pers na † euenit necessario, vt cuiusmodi persona sit, eiusmodi actiones sequantur, vnde, bene, seu male presumit: & qualitas personæ demōstrat animum fuisse, vel non fuisse offendendi. Sed reus dicet indicia personæ sola nō sufficere, cum sint remota, & nisi cū causis iungantur. Causa, attinet † quærere quot, & quātæ sint in reo causæ, vt earū gratia deliquisse videat, cū nihil sine causa fiat. Reus aūt negabit fuisse causam, si poterit, aut extenuabit. Deinde iniquum esse dicet, oēs, ad quos aliquid emolumenti ex aliqua re peruenerit, in suspicionē maleficij deuocari. Itē dicet causas nō sufficere, nisi cum vitio personæ iungantur. Facto quæcūque † geruntur à nobis, aut consilio, & rōne geruntur: aut impetu, & affectione. Ex consilio, & rōne † hř efficax argm̄ ad præmeditatum, & caput erit propositi, si demonstrabitur quare, quo consilio, qua spe perficiendi, quidque factum sit, aut quid factum de industria, ante, in, & post delictum. Ex impetu, † & affectione ad non p̄meditatum argumēta nascuntur, & reus econtrario, dicet, rem perspicere cum cōsilio, & cura nō potuisse, & id, quod fecit, impetu quodā animi potius, q̄ cogitatione fecit. Quibus etiam rōnibus demonstrari possit factam rē nō fuisse, facile ex contrarijs suppetet facultas. Dicto nunqd † reus dixerit ante, in, seu post delictū: nā ex qualitate verborū aīum metimur: & is vř fecisse, qui prædixit facere. Et expedit † scire indicia ꝓpositi, q a p ea dupliciter quæritur, videlicet, q s fecerit, qn̄ ignoratur, & quo aīo fecerit. Nam oē † quod indicat ꝓpositū, indicat & interfectorem, sed non econtra: Is. n. vř fecisse, qui faciendi habuit voluntatem, quia oēs, quod volunt, & pn̄t, ēt exequuntur, & faciunt. Est enim maxime consentaneum: vt quod q s instituit facere, fecisse ēt videatur. Sed licet † indicia orietia ex supradictis locis natura sua idicet præmeditatū, qn̄q; tn̄ propter effectum in non præmeditatum euadunt, & hoc euenit, quando rixantes obuiant sorte, & casu. De quibus omnibus singulariter hoc opere dicetur, duce & auspice Christo.

(Marginal numbers: 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10)

Tabula indiciorum, & omnis actio humana;

I. *Persona.*	Fama, Conuersatio, Consuetudo, Natio, Conditio, Fortuna, Aetas, Sexus, Nomen, Phisionomia, Pallor.
II. *Causæ delicti.*	Ira, Odium, Metus, Spes, Cupiditas,
III. *Facta ante delictum, seu contento cum delicto.*	Vbi fuerit. Vbi visus sit. Quo cum visus sit. Nun quid apparatit, Nun quem conuenerit, Nun quem habuerit de conscijs. De adiutoribus, De adiumentis. Nun quo in loco præter consuetudinem fuerit?
IIII. *Facto in delicto, seu adiuncto delicto.*	Aut alieno tempore. Locus, Tempus, Modus, Occasio, Facultas.
V. *Non facto.*	Quid factum sit, quod non oportuerit, aut non factum, quod oportuerit, &c.
VI. *Dicto.*	Nun quid dixerit reus ante, in, seu post delictum, prout minæ, confessiones. Item fama, & rel. qua.

VII.
4 ꝓbatur p̄sumptione verbi, vel facti. Sed imprimis coniectatur an credibile sit reũ spe-
5 rasse †id à se scelus effici posse an ignorari, cum fecisset, an si ignoratum esset absolui, vel pœna leui trãsigi. Hoc indiciũ fuit Arist. in 1. lib. Reth. c. 31. quod Quint. per eadem verba vsurpauit in cap. de coniectura lib. 7. Sed in hoc differt, ꝙ per Aristotelem refertur ad personam. Quin. vero refert ad consi-
6 lia. Et secundũ †eundẽ consilia referũtur ad hanc partẽ indiciorum, q̃ ex causis ducũtur.
7 Et ita loquuntur I. C. Vnde omnia †dicta, & facta, quæ indicant propositum ante delictum, comprehenduntur sub elementis 11. secundũm Auctorem ad Heren. lib. 2. & ante eum Aristo. prædicamenta decem constituit, de quibus dictum est in tabula. Quare

8 re ordine Auctoris excutiam indicia † verbi, & facti & hoc mõ non solũ cognoscetur ꝓpositũ verũ ẽt reus, dũ ignorabitur, Bart. in l. fi. ff. de q. ibi, vel q̃a inimicus, vel q̃a fecerit apparatus. Idẽ secundùm Oratores. est enim maxime consentaneũ, atq; ꝓbabile, vt qd q̃s instituit facere, fecisse ẽt videatur.
9 Si statuit † facere & potuit, fecit igitur si attentauit, ꝑpetrauit igitur, q̃a omnes quod volunt, & possunt, etiam exequuntur, & faciunt. vt per Arist. lib. 2. Reth. c. 35,

1 *Tractatus præsumi potest ex loco, vbi reus fuerit.*
2 *Reus, vt de tractatu possit condemnari, tria concurrere debent, secreta locutio, inimicitiæ capitales cum occiso, & quod homicidium sit secutum incontinenti.*
3 *Homicidium si noctu sequatur, quomodo iudex suspectum interrogare debeat?*
4 *Conuiuia indicant propositum, & seditiones.*
5 *Locus quot modis accipiatur?*
6 *Tractatus initia, & consiliorum ex loco comprehenduntur.*

Elementa autem, de quibus supra sunt, vt infra. *Cap. I.*

1 VBi fuerit, † videlicet, secundũ text. in l. q̃ cũ vno. § fi. ibi. examinãtur causæ, & cur, & vbi fuerit, & q̃d egerit. ff. de re mil. Idẽ apud Cic. in orõne. 1. in Catilinã ibi, vbi fueris, quos conuocaueris, q̃d consilij cœperis, quem nostrum ignorare arbitraris? Vnde si qui secreto fuerint ĩ aliqua domo, seu loco, si exierint, & occiderint, p̃sumetur de tractatu, & poterunt torq̃ri. no. in l. 1. C. de ser. fug. Sed aliqui volũt, ꝙ interueniat secreta locutio, sed credo sufficere ꝙ conuenerint in illum locum, nã secreta locutio necessario subintelligitur. Sed
2 multi † tenent posse d̃nari, si tria cõcurrãt. Primo secreta locutio, secundo inimicitiæ capitales cum occiso, tertio ꝙ homicidiũ sit secutũ incõtinẽti, secundũ Ias. in supradicta l. Sed de hoc dubitatur, secundùm Io. And. in addi. ad Spec. de p̃sump. ver. 13. Itaq; tutius erit torq̃re, q̃ d̃nare. Itẽ secuto aliquo
3 delicto noctu Iudex interrogabit suspectũ, vbi fuerit illa nocte, cũ quo prãsit, vel cœnauit, & si repiẽtur mẽdax, orietur cõtra eum maxima p̃sumptio. vide Bart. in l. fi. ff. de q.
4 & vt † plurimũ cõstituta cõuiuia indicãt ꝓposita, seditiones, & similia, vt Catilinæ, Lẽ-
5 tuli, Cæthegi. Sciẽdum, † locum diuersis modis cõcipit, & tanquã speciẽ dicetur infra in
6 delicto, ex hoc autem † comprehenduntur initia tractatus, & consiliorum, vt supra.

1 *Loci si sint diuersi, diuersa coniectura concipitur contra reum.*
2 *Frequentatio loci indicat propositum.*
3 *Transitus per viam inconsuetam propositi indicium præbet.*
4 *Propositum indicat, si quis visus fuerit frequentare viam, qua illum, quem occidit, transiturum sciebat.*

Cap. II.

1 VBi visus sit, videlicet, ob diuersos † locos diuersa cõiectura cõcipitur, secũdũ Gãd. in tit. de p̃sump. & id. dubi.
2 Vnde † si q̃s visus fuerit sæpe ire, & redire ex aliqua via siue loco, vbi eo die, vel postero hoĩem interfecerit, p̃sumitur, ꝙ sæpe trãsierit cã cõmittendi tale delictũ, arg. l iusto. ff. de vsucapio. Itẽ si q̃s visus † fuerit
3 ire, vel venire per viã non consuetã, si hominẽ postea interfecerit, erit indicium propositi: nã p̃sumetur voluisse celare scelus ꝑpetrandum, aut vt occidendum magis incautũ inueniat. faciũt doctrinæ. in l. fi. ff. de rerũ diui. nam lex male p̃sumit de ijs, iuxta illud Euangelij, qui nõ intrat ꝑ ostium fur est, &
4 latro. Itẽ alij † dixerunt, vbi visus est. videlicet, ante delictum illic fuisse, qua transiturũ inimicũ suspicabatur, solẽt. n. q̃ hostibus insidiãtur, ea loca insidere, qua illos iter facturos arbitrãtur, vt incautos opprimant. Item oritur indicium p̃meditati, secundũ Bru. in gl. circa tertiã ibi, & illo sero, quo fuit factũ homicidiũ, fuit visus ire per aliqua loca, in quibus vicinia eum nõ consueuerat videre.

1 *Sociorum qualitas suspicionem maleficij, & propositi inducit.*
2 *Conuersatio cum malis hominibus inducit indicium ad torturam contra delinquentem.*
3 *Associatio mali hominis inducit indicium præmeditati, & consilij.*

Cap. III.

1 QVo cum visus sit, qualitas † sociorũ inducit suspicionẽ maleficij, quare si delinquens visus fuerit conuersari cum inimicus occisi, orietur idiciũ ꝙ de industria occiderit. Et secũdũ aliquos
2 † ꝑ conuersationem cum malis hoibus oritus

tur indicium contra delinquentē ad torturā, secundū Hip. in §. expedita. nu. 93. Sed de hoc dubitatur, dictū est supra, de indicijs ex ꝑsona. c. 3. Sed in l. Mosis vrgēs est indiciū. c. 16. Isaiæ ibi, socij furū, & c. 4. Prouer. ibi, ꝑuersi corde nō inueniūt bonū. Itē si sequatur † homicidiū, si ītercesserit associatio mali ho s, licet in ea nihil fecerit, ꝑsumetur de malo cōsilio, & de ꝑmeditato. l. nō ideo minus. & ibi doctores. C. de accus. & sic ex hoc simplici, sociatu oritur indiciū, & supra, ꝑp qualitatem personæ, nam consilia impiorum sunt dolosa. c. 12. & 14. Prouerb.

1 *Apparatus indicat propositum.*
2 *Arma ferens qui non assueuerit, præsumit præcogitasse, nisi contrariam causam ostenderit.*
3 *Arma euaginata portans præsumitur portasse ob facilitatē aggrediendi, et perficiendi delictum.*
4 *Exercens se in armis cum non sit solitus, præsumitur de delicto præcogitare. Idem si acuerit arma, vel aliquam experientiam fecerit, vel in loco vicino arma reposuerit.*
5 *Præsumptio propositi insurgit contra illum, qui asportauit bona sua de loco, vbi homicidium commisit, ad locum, ad quem postea confugit, vel si bona, vel eorū maiorē partē alienauerit.*
6 *Apparatus non debet videri frustra factus.*

Cap. IIII.

Nunquid appararit, videlicet. equos † ad eundū, arma ac cædem, & alia, quis instrā ꝑ facinoris. qđ obijcitur qualitate. Vnde armatus se non solitus, item ferens † arma, qui nō assueuerit, præsumitur ꝑcogitasse, nisi cōtrariā causam ostenderit per quā tollatur prædicta ꝑsumptio l. 1. C. ad l. Corn de sica. Itē portās † arma euaginata ꝑsumitur portasse ob facilitatē aggrediendi, & ꝑficiēdi delictū. Itē exercens † se in armis, cū non sit solitus Itē si acuerit arma, aut aliquā experientiā fecerit de illis. si reposuerit alicubi arma, ibi, vel ēt in loco vicino, postea deliquerit, ꝑsumitur ꝑpositum. arg. l. 1. §. vi possidetis. ff. de vi & vi arma Quidā addiderunt nunq.d fecerit, videlicet, si asportauerit bona † sua de loco vbi postea commisit homicidium ad locum. ad quē postea cōfugit vel si q̄s alienauerit bona, vel maiorē partē bonorum suorū, si postea hominē occiderit. ꝑsumetur cōtra eum de ꝑposito. secundùm Blan. in gl. alienatio. n. 76. Nō. n. vid. ri † dēt frustra factus apparatus, cū nihil actū, nihilq; dictū sine cā putetur. l. qui cum vno. ff. de re mili. ibi, vbi fuerit, & quid egerit.

1 *Amicorum, vel sociorum certo loco, & tempore conuentus, & adunatio, vt eos ducat ad maleficium indicat propositum.*
2 *Amicus secutus amicum cum ense, vt aliquo eum comitetur, si obuiam forte inimico fiat, in & quando de auxilio teneatur?*
3 *Ducens aliquem per locum, in quo scit inimicum offensi adesse, præsumitur particeps criminis.*

Cap. V.

Nunquem conuenerit, videlicet. cum aliquo † statuit perficere certo loco aut tpe. Vel secundū aliquos, nunquē iuerit inuētum. vt ducat ad maleficium. vide Fulg. in l. ꝙ si fugitiui. ff. de edil. edic. ibi. Amicus meus venit † ad me, & dicit, veni mecum, quia volo esse in vno negocio meo Ego accipio ensem, & sequor eum, ipse autē fit obuiā inimico suo, & occidit eum. an ego tenear quasi auxiliator? Dicitur, ꝙ si ignorās sum secutus eum. & cum ipse insultans est illum, ego me retraxi. ꝙ nullā pati debeo pœnā. idem ēt si discedere non potuissem. vbi autē cum potuissem recedere. stetissem, tunc sine dubio non essem innocens. Item sciens inimicum † offensi in certo loco, conueniens, & ducens eum per dictum locum. præsumitur particeps criminis. l. penul. ff. de vi bon. rap.

1 *Associans delinquentem ante delictum, videtur socius criminis, licet nihil fecerit, modo armatus fuerit.*
2 *Conscij qui sint, & qui teneantur de delicto?*

Cap. VI.

Nunquem habuerit conscijs videlicet aliquem de ijs, cum quibus præsumitur tractasse ab initio. Potest etiam † taliter intelligi. videlicet associās delinquentē ante delictum videtur cōscius criminis, licet nihil fecerit, mō armatus fuerit, secundùm Bal. in l. 1. C. de ser. fug. Et hoc dicetur ēt in tit. post delictum Alij ēt † sic intelligunt. videlicet hic, vel ille cōscius fuit. vt ī oratione pro Milone dicitur Marcum Fauonium fuisse conscium voluntatis Clodij, cui dixerat, Milone triduo periturum.

1 *Propositum indicatur, si veteres hospites, aut clientes domi delinquentis fuerint, vel si delinquens habuerit malos famulos.*
2 *Adiutorum conquisitio, & conuocatio, propositi consilij indicium præstat.*
3 *Adiutores varie considerantur.*
4 *Mutuans pecuniam ei, qui statim deliquit, præsumitur adiutor.*
5 *Delinquens si sit persona vilis præsumitur cum auxilio fecisse.*
6 *Comitatus, & multitudo adiutorum parit indicium deliberationis.*
7 *Coadunatio quando plures occidunt, in dubio, an præsumatur de industria facta?*
8 *Rixa quando censeatur pura, & quando præmeditata?*
9 *Coadunatio censetur malo animo facta, delicto secuto.*
10 *Præsentia si delicto adhibeatur, deliberationis indiciũ oritur, modo illa præsentia fiat animo se immiscẽdi, si opus esset. Secus si forte fortuna, & quãdo quis dicatur adesse aĩo se immiscẽdi.*

Cap. VII.

1 DE adiutoribus, videlicet veteres †hospites, aut cliẽtes domi delinquẽtis fuerunt, vel habuit malos famulos, 2 qua de re pcogitasse vr̃ per text. in §. hoc aũ tẽ. in Auth. de nõ alienan. Itẽ† aliter si delinquens elegit idoneos, relinquendo inutiles domi, vel ẽt põt dicere de potentibus amicis, hæc. n. psidia non solũ qui habẽt, plurimũ posse videntur, sed ẽt 2. q. tales amicos habẽt, aut cõscios, si quidẽ auxilijs iis, erit adminiculis, & instris fræti delinquũt. Præ- 3 terea variè† cõsiderãtur adiutores, secundùm Bal. in l. hæc verba. ff. de infa. Vnde siq̃s mu- 4 tuat pecuniã alicui, & is, †cui mutuauit statim cõduxit gẽtes contra ciuitatẽ mutuantis, vel q̃d simile fecerit, psumitur mutuauisse tali cã, eritq; psumptio iuris, & de iure, secundùm Bru. in gl. circa quartã. Et simili 5 mõ quãdo delinquẽs est persona seruilis, & magnũ facinus cõmisit, psumitur cũ auxilio fecisse. l. q̃cunq;. C. de ser. fug. Itẽ aliter 6 põt intelligi, sicut apud Cic. spectatur comitatus Clodij, & Milonis. Et multitudo adiutorũ parit ĩdiciũ deliberationis, licet secun- 7 dũ† aliquos in dubia re nõ psumatur coadunatio in pluribus occidentibus, nisi pbetur clare de industria coadunatos esse, secundũ Bal in l. nõ ideo. C. de acc. Hip. in §. cõstãte. 8 nu. 45. Dicerẽ† tamẽ psumi casu euenisse rixã, nisi pbetur ante rixã coadunatos fuisse, nec est necesse, (iudicio meo) pbare, q̃ coadunatio sit facta de industria, sed sufficit pbare, q̃ sit facta coadunatio, &c. n. †psumitur 9 fieri malo aĩo ob effectũ secutũ, nã si facta sunt ea, q̃ posterius fieri, ac sequi solẽt, facta esse priora, & q̃ illorũ gratia instituebãtur, 10 existimandũ est. Per psentiã† adhibitã delicto oritur ĩdiciũ deliberationis, mõ illa psentia fuerit aĩo se immiscẽdi, si oporteret, secus si forte fortuna, secũdũ Bal. ĩ l. 1. ff. de ser. corrup. & tũc dr̃ adesse aĩo se immiscẽdi, cum fuerit quis coadunatus ante delictum.

1 *Armorum, ac cæterorum instrumentorum genus deliberationem ostendit.*
2 *Ambulans cum armis hastatis, arcu, balistis, & similibus indicat habere animum occidendi.*
3 *Adiumenta diuersis modis considerantur.*
4 *Pecuniæ suggestæ, & alia similia accommodata sunt adiumenta, & instrumenta ad aliquid agendum.*

Cap. VIII.

DE adiumentis, videlicet, de ijs rebus † quas delinquens auxilio fore arbi- 1 trabatur, vtputa, arma, & q̃libet instrumenta, ex genere. n. armorũ, cæterorũq; ĩstrumẽtorũ psumitur aĩus, & atrocitas maleficij, secundũ Bal. & Saly. ĩ l. 1. C. de emen- 2 da. ser. Quare siq̃s† ambulauerit cũ armis hastatis, arcu, balistis, & similibus indicat animũ occidẽdi l. 1. §. diuus. ff. de sica. Adiumẽ- 3 ta † quoq; diuersis modis cõsiderãtur, sicut 4 supra de adiutoribus, nã pecuniæ† suggestæ, & alia similia accommodata sunt adiumenta, & instrumenta ad aliquid agendum.

1 *Locus, in quo quis præter consuetudinem fuerit, vel in quo versari non consueuerat, vel non debebat, propositi indicium præbet.*
2 *Occidens aliquem in loco, in quo versari non soleat, præsumitur consulto occidisse, & tale iter fecisse occidendi causa.*

Cap. IX.

1 NVnquo ĩ loco† pter cõsuetudinẽ fuerit, videlicet, ĩ quo suspectus erat, siue ibi, vbi versari nõ cõsueuerat, nec dẽbat, notatur ĩ l. 1. §. diuus. ff. de sica. Vñ ẽt 2 siq̃s hoiem occiderit ĩ aliqua ciuitate, siue loco, quo nõ sit solitus versari, psumetẽ consulto occidisse, & tale iter fecisse occidendi causa. vide Bal. in l. fi. ff. de q. & ĩ l. fi. C. eod.

1 *Tempus præpositi argumenta præbere potest.*
2 *Tēporis duplex est significatio, generaliter enim, & specialiter accipitur.*
3 *Tempus speciale ad indicia magis confert, probationesq; affert inexpugnabiles.*
4 *Tēpus ad indicia eliciēda quō cōsiderari debeat?*
5 *Temporis longinquitas est inspicienda, nam sæpe oportet commetiri cum tempore negocium.*

Cap. X.

1 Ab alieno† tēpore, videlicet minus conuenienti, vt si noctu dicatur egressus domo, vel ex vrbe, & in aliquo loco eo tempore visus fuisse, & sic ex antecedentibus deducūtur argumēta, videlicet, noctu exijsti, proficiscētem antecessisti, nunq̄d ēt noctu, quod in die fieri 2 cōmodius videbatur posse. Et tēporis † duplex est significatio, generaliter, n. & specialiter accipitur, p̄teritum habens, instās, & futurum, & constituta discrimina, vt æstate, hyeme, noctu, interdiu, & fortuita, ut in pestilentia, in bello, in conuiuio. Speciale autē 3 tps†ad indicia magis confert, ꝓbationesq́; 4 affert inexpugnabiles. Vnde†cōsiderari debet tps, & anni, & mensis, & diei, & noctis, & uigiliæ, & horæ, & in aliqua parte alicuius horum, vt apud Cic. in oratione ꝓ Mil. dr̄ Clodium pridie eius diei discessisse, quo discessurū sciebat Milonem, cuius iter solēne, & necessarium ignorari nō poterat. Et I. C. cōsentiunt per tps oriri indicium ante delictum, in delicto, & post delictum, in q̄bus pōt considerari. quid ocyus, & quid serius 5 futurum sit. Et communiter† in tēpore perspiciendo longinquitas eius est consideranda, nam sæpe oportet commetiri cū tempore negotium, vt in sequenti titulo dicetur.

DE INDICIIS HOMICIdii præmeditati in delicto. Tractatus IIII.

SVMMARIVM.

1 *Indicia propositi ex quibus in delicto oriantur, & deducantur?*
2 *Coadunati plures si delinquant, præsumuntur ex proposito delinquere.*
3 *Obuians forte si occidat, non punietur de præmeditato, licet animum occidendi habuerit.*
4 *Accidentia, quæ in delicto spectentur, ut indicia deliberationis oriantur?*

1 In homicidio deducūtur indicia, considerando, cur†aliquid in delicto de industria, & data opera factum sit, vt spes perficiēdi nata, & q̄sita esse videatur, de qua industria legitur tex. c. 21. Exod. & l. fi. ff. de sica. & l. 2. ff. de vi bon. rap. quib. iurib. 2 ꝓbatur, q̄ si hoīes†ducti, & coacti fuerint committere illud delictum, tunc p̄meditatū censetur, secus qn̄ id cū consilio, & cura perspicere non potuerūt, & impetu quodā animi potius, q̄ cogitatione fecerint, uide Ci. lib. 2. de Inuen. tit. 2. de const. conject. Idem secundum Bal. in homicidio ex aliqua cā, siue re nō oritur indiciū deliberationis, qn̄ apparet q̄ rixantes sibi obuiauerint casu, vide eū in l. 1. C. ad l. Cor. de sica. Quinimò si- 3 quis†habuerit aīum occidendi, modo forte obuians occidat, nō punietur de p̄meditato per tex. in c. 21. Exod. de hoc diximus supra in ti. de causis c. 1. In delicto aūt hæc spectātur Locus, Tp̄s, Modus, & Facultas, & per 4 hæc accidentia † oritur indicium deliberationis. Et sicut inimicitiæ, & reliquæ causæ, atque consilia, pro vt supra, impellunt ad maleficia, ita per hæc ostenditur idonea perficiendi facultas esse quæsita.

1 *Locus in delicto deliberationis indicium an præbere possit?*
2 *Loci opportunitas ex quibus quæratur?*
3 *Occidens hominem in prætorio, vel ecclesia, præsumitur deliberate occidisse.*

A Locò præcipue coniectatur, cum 1 euidentia loci † sit una ex quinque speciebus probationum, de quibus not. extra de rest. spol. c. cum ad sedem, quare spectetur locus in quo homicidium factum est ex opportunitate, q̄ reus 2 videtur habuisse. Ea uero †opportunitas quæritur ex magnitudine, interuallo, longinquitate, propinquitate, solitudine, celebritate, & demum natura ipsius loci opportuni, siue diuersi consiliis. Nunquid ēt eo loco occisus perspici, aut exaudiri potuerit, & num demnm locus publicus, vel priuatus, 3 an sacer fuerit. Vnde siquis † occiderit hominem in prętorio, vel ecclesia, pręsumetur consulto, vel (vt aiunt) deliberate occidisse, quia non est præsumendum, quòd nisi magna causa uoluerit in tali loco occidere, vide Alber. in tract. 3. stat. 9. 64.

1 *Tempus reddit graue delictum.*
2 *Noctu agens præsumitur male agere.*
3 *Temporis spatium quomodo consideretur?*

1 A Tpe p̃sumitur, quia † reddit graue delictũ l. aut facta, §. tps. ff. de pœn.
2 nã lex p̃sumit cõtra† agenté noctu iuxta euãgelium, q̃ male agit, odit lucem. Qua de re si delictum fiat nocte, p̃sumitur deliberatum, scd̃m Alber. in tract. supradicto Sed scd̃m Oratores latius dic, videlicet, qua parte anni noctu, an inter diu, & quota diei ac noctis hora homicidiũ fa-
3 ctũ esse dicat, nam ẽt momẽta ualent, † & eiusmodi tpibus spaciũ in cõsideratur, satis ne lõgum fuerit ad eã rem transigẽdam, & potuerit ne reus scire satis ad id p̃ficiendũ spacij futurũ, & sæpe oportet cõmetiri cũ tpe negocium, & videre potuerit ne aut magnitudo negocii, aut multitudo rerũ in eo tpe trãsigi, nã parui refert satis spacij fuisse ad id p̃ficiẽdũ, si id ante sciri, & ratione prouideri non potuerit. Idem probatur per gl. & quæ ibi. not. in l. si vt allegas. C. de sica.

1 *Occasio deliberationis indicium præbet, & quomodo ea consideratur?*
2 *Occasio quæ propriæ sit? & ex quibus oriatur?*
3 *In tempore quæ considerari oporteat, & quæ in occasione?*
4 *Tempus, & occasio in quibus inter se differant?*

1 AB occasione orit̃ † deliberatio, nã malus aĩus occasionẽ q̃rit. Sed dupliciter cõtingit, primo q̃ritur idonea ne satis fuerit ad delictũ adoriẽdum, & hæc aliquid cogitato factũ ostẽdit. Scd̃o an alia melior q̃ præterita aut non expectata, & hæc excusat. Exẽpla extãt apud Cic. in orat. pro Mil. quem, fatetur habuisse occasionem occidendi Clodium. E contra aũt, inquit, Clodium, captasse occasionẽ oc-
2 cidẽdi Milonem. Sed oportet scire, † q̃ p̃prie sit occasio, quare dic, q̃ est pars tpis habẽs in se alicuius rei faciendæ, aut non faciẽdæ opportunitatem. Et tps actionis alicuius opportunũ occasio est. Hæc oritur ex actionib. humanis non impedientibus, vt puta seruus dormiens dat furantib. occasionem.
3 Item in † tpe, mensura, & spacium considerātur, in occasione qualitas tẽporis ex qua nascitur opportunitas, seu commoditas fa-
4 ciendi, & non faciendi aliquid. Itaque † hoc tantum distant Tempus & Occasio, genere autem similia sunt.

1 *Modus delicti perpetrati, deliberationis indiciũ præstat.*
2 *Modus percutiendi præcogitationem ostendit.*
3 *Caput percutiens, videtur fecisse, vt certius offendat, & occidat, & quid si bacculo percusserit?*
4 *Multitudo, magnitudo, multiplicatio, & geminatio vulnerum propositum indicat.*
5 *Proditorium propositum per modum percutiendi concipitur.*

1 A Modo, quo q̃ritur queadmodũ q̃d sit † factũ, idq; scd̃m Oratores tum ad qualitatem pertinet, tum ad cõiecturas, põt probari in l. aut facta. §. qualitate. ff. de pœn. Vnde siquis percusse-
2 rit † aliquem post terga, vel nullis dictis uerbis in capite, seu pectore, per hæc demon-
3 strat p̃cogitasse, q̃a percutiendo † in capite videtur fecisse, vt certius offẽdat scd̃m doc. in c. signif. de homic. Vnde senserũt aliqui, q̃ siquis percusserit aliquem super caput baculo, siue alio simili instrõ, tñ, quia p̃cussit in capite presefert animum occidẽdi, secus si in alia parte corporis, vide Bald. in l. sed si quæcunque. §. si magister. ff. ad l. Aquil. Per
4 multitudinem, † & magnitudinẽ vulnerum p̃sumitur p̃meditatum. Item p̃ multiplicationem, aut p̃ geminationem, & hoc qñ nõ
5 apparet pura rixa. Item per † modum concipitur p̃positũ p̃ditorium, scd̃m Bar. in l. respiciendum. § delinquunt. ff. de pœn. videlicet, preposito antecedenti insultando, & alio modo proditorio, videlicet, si sedens tecum in mensa, nulla interueniente rixa te offendero, vel quid simile fecero, vt ibi.

1 *Facultas delinquendi quomodo consideretur?*
2 *Tractatus præsumitur quãdo homicidiũ committitur cum multitudine personarum, nisi ex accidenti, seu casu tales personæ superuenerint.*
3 *Facultas occidendi quando præstari videatur, & unde indicium tractatus oriatur?*
4 *Astans armatus dum delictum committitur, licet aliquam demonstrationem non faciat, facultatem delinquendi præbere dicitur, modo delinquenti auxiliari potuisset.*
5 *Associans delinquentem post delictum, delinquẽdi facultatem præbuisse dicitur.*

6 Auxi-

6 *Auxilium præstare dicitur ille, qui contra eum, qui offenditur, acclamat.*
7 *Auxiliari ille dicitur, per quem insultatus redditur timidior, & insultans audacior.*
8 *Præsentia adhibita delicto facit indicium occulti auxilij, si personæ fuerint ante delictum congregatæ.*
9 *Prohibere potens si non prohibeat, præsumitur particeps criminis, & an hinc oriatur præsumptio occulti auxilij?*
10 *Prohibere valens, si non prohibeat, an & quādo particeps criminis, & auxiliator existimetur?*
11 *Domini tenentes famulos malæ vocis, famæ, & conditionis, de illorum delictis tenentur.*
12 *Personæ qualitas ad argumenta, & indicia habenda, est consideranda.*
13 *Personæ vitia sicut onerant delinquentem, ita contraria eleuant.*
14 *Qualitas offendentis inducit excusationem, siue accusationem, & demonstrat animum fuisse, vel non fuisse offendendi.*
15 *Atrocitas delicti ex quibus crescat.*

1 A Facultate cōsideratur† copia, & potestas instrumentorū, aut earū rerū ob quas aliquid facilius, aut sine q̄bus omnino confici non potest. facultates quoque p̄cipue considerandæ sunt, credibilius est occisos à pluribus pauciores, à p̄paratis inopinantes. hinc illa apud Cic. coniectura, insidiatus est Clodius Miloni, nō Milo Clodio. ille cū seruis robustis, hic cum mulierū comitatu. ille equo, hic rheda. ille expeditus, hic penula irretitus. Idē secundū
2 Jurispitos p̄sumitur tractatus, q̄n cōmittitur homicidiū cū multitudine ꝑsonarū, nisi ex accidēti, seu casu tales personæ superuenerint, dic vt in antecedēti trac. in ver. de Adiu
3 toribus. Itē facultates † occidēdi p̄stari vīr,
4 & indiciū oritur tractatus, quādo† aliq̄s aggreditur aliquem, si ibi vnus, vel plures fuerint armati, siue ēt remoti, modo potuissent auxiliari delinquenti, licet aliquā nō faciāt demōstrationē, secundū Bal. in l. 1. C. de ser. fug. Intellige tamē p̄dicta, si post delictum
5 † associant delinquentē, secundū eundē in l. non ideo minus. C. de accus. tollitur tamē dictū indiciū, si ꝓbauerint casu venisse, vt in
6 supradictis legib. Quin ēt† dicitur p̄stari auxiliū acclamādo cōtra eū, q̄ offenditur, & re
7 gula iuris est, q̄ ille dicitur † auxiliari, ꝑ quē insultatus redditur timidior, & insultās audacior secundū Bal. in supradicta, non ideo
8 minus. Demū† p̄sentia adhibita delicto facit indiciū occulti auxilij, si tales ꝑsonæ fuerit congregatæ ante delictū, vide Hip. in §. con
9 stāte, nu. 45. Item cui ptās† est ꝓhibendi, ne q̄s offendatur, & nō ꝓhibet, p̄sumitur particeps cris ꝑ regulam, videtur occidere, q̄ pōt ꝓhibere. & l. scientiā. in prin. ff. ad l. Aqui. vi de Gand. in tit de p̄sump. & indi. in dubi. & quandoq; oritur p̄sumptio occulti auxilij. Sed secundū aliquos, neq; indiciū, neq; suspicio oritur, nisi alia concurrant, vtputa, si post delictū associauit delinquentē, aut aliæ insit causæ, & circunstantiæ, aliter nō p̄sumitur particeps. no. in l. vt vim. ff. de iust. & iur. Sed in hac materia est bona gl in l. cul-
10 pa caret. ff. de reg. iur. ibi. Sed q̄d† si possum ꝓhibere Titiū iniuriari Sēpronio, an d̄eam iuuare? Respōdeo secundū canonicos doct. q̄ sic, verbis interponēdo me honesto mō. Sed secundū I. C. nō, nisi in ijs, quos habeo corrigere, vt in ꝓmissis videlicet, filijs, & seruis. Hinc de delicto ammisso à filio vidēte patre, & nō ꝓhibēte, nec clamāte cōtra filiū tenetur sicut ipse. Idē in dn̄o contra ser-
11 uū, † q̄ extēde ad nobiles tenētes seruitores malæ vocis, cōdōnis, & famæ, vt de illorū delictis teneantur, nec audiuntur ignorātiam per allegantes, cū debuerint considerare ea facile euenire, posse, & ꝑ similes ꝑsonas cōmitti, vnde si famulus ignē mitteret in domū cōductā dn̄s nō tenetur nisi habuisset seruos malæ cōdōnis, quia tūc in cā est, tenendo similes ꝑsonas. not. in l. seruus. ff. ad leg. Aq. l. Circa p̄dicta. vide Ias. i d. l. vt vim. Aliqui tn̄ senserunt, q̄ si q̄s potuit sine periculo vitæ suæ ꝓhibere, & nō ꝓhibuerit, tali casu p̄sumatur particeps criminis, q̄a quisq; cogit defendere bona ēt inimici, tanto magis ꝑsonā, iux. tex. ī c. 23. Exod. in princ. Hr̄i
12 † tn̄ debet rō personæ, nam multi sunt ita natura timidi, q̄ ob timorē patiūtur verberari, licet possent verberare. Vn̄ ex qualitate ꝑ sonę sæpe apud I. C. arguitur, & n̄t cōsequētia
13 & sicut † vitia ꝑsonæ prēmūt, & onerant delinquentem, ita contraria eleuant, nam qua
14 litas † offēdētis, ita inducit excusatiōnē, siue accusationē, & demōstrat animū fuisse, aut non fuisse offendēdi. not. in l. si mater. C. ne
15 de sta. defunc. Et demum † atrocitas crescit ex ijs, videlicet, q̄d factum sit, à quo, in quē, quo animo, quo t̄pe, quo loco, quo modo.

DE INDICIIS MALEFICII praemeditati post delictum. Tract. V.

SVMMARIVM.

1 *Indicia post delictum ex quibus oriamur.*
2 *Associans delinquentem ante, vel post delictum nunquid videatur socius criminis.*
3 *Consilij, vel occulti auxilij praesumptio oritur contra associantem post delictum.*
4 *Receptans scienter malefactorem in domo sua post delictum praesumitur particeps criminis, & poterit torqueri, nisi receptus sit recipientis consanguineus, vel aliqua alia iusta cã probetur.*
5 *Prohibens reum capi, videtur conscius criminis, si affuit delicto, non si incidenter accurrit.*

1 POst delictũ † oriuntur indicia, considerando, quid postea factũ sit, facta enim quæq; antecesserunt, quæque insecuta sunt, spectanda sunt. Occurrunt hic nonnullæ qões scribentium, videlicet, si quis asso 2 ciatus † fuerit delinquentem post delictũ cõmissum, nũquid videatur cõscius criminis? Et multi tenent, quod sic. Cõclusiue tñ dicẽdũ est, & distinguendũ, aut iste associatus est delinquentẽ ante delictũ, & tali casu tenetur, & cõuincitur, q̃a p pcedentẽ & subsequentẽ actũ associationis accusat se, atq; ppallat, sin aũt post delictũ tm̃, tũc distinguendum, videlicet, si subito apparuit, tũc p̃sumitur sciuisse: aut ex mora, & interuallo apparuit, & tunc nõ p̃sumetur cõtra eũ, q̃a tali casu p̃sumetur accurrisse incidenter, & p rumorẽ. vide Sali. in l. vnica. C. de rap. virg. Bald. in l. nõ ideo minus. C. de accu. Hip. in §. cõstãte. 3 nu. 55. q. tenet cõtra associantẽ † post delictũ oriri p̃sumptionẽ cõsilij, vel occulti auxilij, per quã cogitur pbare contrariũ. Si q̃s sciẽ 4 ter † receperit malefactorẽ, seu delinquentẽ in domo sua post maleficiũ ppetratũ p̃sumitur particeps cris, & poterit torq̃ri. l. 1. C. de ijs, qui latro. Fallit tñ, si receptus erat cõsanguineus ŕcipiẽtis, siue ẽt aliqua alia iusta cã pbabitur, secundũ not. in supradicta l. Pro 5 hibẽtis reũ † capi, videtur conscius cris. vide Blanc. nu. 294. Sed intellige quoties phibens affuit delicto, secus si incidenter accurrit, q cogitur probare. vide in simili Hip. in supradicto §. cõstante, & in prin. huius trac.

DE INDICIIS MALEFICII praemeditati ex non facto, seu cur facto, ante, in, & post delictum. Tractatus VI.

SVMMARIVM.

1 *Indicia secundum antiquos, ex quibus locis capiebantur?*
2 *Solicitans, siue quaeritans quod ad eum non spectat, indicat contra se.*
3 *Faciens id, quod fieri non solet, nec debet: at non faciens id, quod fieri solet, aut debet, contra se indicat.*

ET si apud Legistas supradicta videantur comprehendi sub facto. Expedit tamẽ scire locos Antiquorũ, ex q̃bus capiebãt indicia, quos Cicero est secutus in lib. 2. c. 2. de inuen. cuius verba nõ sunt prætereunda, q̃a p ea totius negocij gestio p 1 tractabitur. Quare, quo cõsilio, qua spe perficiendi, quidq; factum sit, cur hoc mõpotius, q̃ illo, cur ab hoc potius, q̃ ab illo, cur nullo adiutore, aut cur hoc, cur nemo sit cõscius, aut cur sit, aut cur hic sit, cur hoc ante factum sit, cur hoc ante factum non sit, cur hoc in ipso negocio, cur hoc post negociũ, aut q̃d factũ de industria, aut quid rẽ ipsam consecutũ sit, cõstet ne orõ, aut cũ re, aut ipsa secũ, hoc huiusne rei sit signũ, an illius, an huius, & illius, & vtrius potius, q̃d factũ sit, q nõ oportuerit, aut nõ factũ, q oportuerit. 2 Solicitãs, siue † q̃ritãs q nõ ad eũ nõ spectat, ĩdicat cõtra se. vide Hip. § diligẽter. nu. 150. 3 Et suspicio oritur † quoties quid facit, q fieri non solet, neq; oportet, neq; est rõ, quare hoc pp hoc fiat, & ecõtra, quoties quis non facit, quod fieri solet, aut debet. [Quãdoq; etiam ex abundante cautela in hac materia, & in omni fienda suspecta, & tam facti q̃ dicti per reũ fraus, & dolus p̃sumitur, & sinistra oritur suspicio, secundũ glo. no. in l. si quis sub cõdõne hæredes. ff. de cõst. inst.]

DE INDICIIS MALEFICII praemeditati ex dicto. Tract. VII.

SVMMARIVM.

1 *Indicia maleficij praemeditati ex dicto.*
2 *Indicium propositi cõtra eum oritur, qui dixerit, quid*

quòd traheret occiso vnam pennam de ala. Vel quòd faceret male capitare, vel quid simile.

3 *Propositum præsumitur contra eum, qui dixit, non diligo talem, vel sum ei nociturus si potero, si eum postea occiderit.*

4 *Occidisse ex proposito ille præsumetur, qui alicui prædixerit, quod si senserit rumorem, non se moueat. Vel quòd sentiet aliquid noui.*

5 *Mandatum, seu consilium præsumitur si quis locutus fuerit cum aliquo, & ille statim iuit, & occidit.*

6 *Locutio in aure quando indicet mandatum, vel consilium.*

7 *Causæ ni præcedent, nec causatum præsumitur.*

8 *Mandatum præsumitur contra dominum, qui famulo suo dixit, non redeas domum, nisi sentiã aliquid noui, si famulus aliquem occiderit.*

9 *Iactans se aliquem occisurum, si eum occidat, propositum præsumitur.*

10 *Minæ præcedentes indicant propositum, quando constat minantẽ occidisse eũ, cui minatus est.*

11 *Indicia verbi duplicem vim habent.*

12 *Is videtur fecisse, qui prædixit facere.*

13 *Minans, & iactans de aliquem occidendo, an sit solitus minas exequi, quomodo consideretur?*

14 *Minatus si minantem occidat, an præsumatur ex proposito occidisse?*

15 *Minatum fecisse ad sui defensionem quando præsumatur?*

16 *Factum quid ad defensionem fuisse per coniecturas probatur.*

17 *Minans, quando non constat de interfectore, an possit torqueri?*

18 *Causæ, quæ inducunt homines ad maleficia patrandi, vltra inimicitias sunt multæ.*

19 *Minans an possit impune offendi ab eo, cui minatus est, in illo actu minandi?*

20 *Pœnã homicidij iusta causa, & dolor diminuit.*

Dicta, quęque †antecesserunt, quæq; secuta sunt, considerari oportet, nã ex qualitate verborũ aĩum metimur & probatur præsumptione verbi. Quare capiemus idicia ante delictũ. Et secũdũ Gand. oritur indicium propositi † contra eũ, qui dixerit, ꝙ traheret occiso vnam pennam de ala, vel ꝙ faceret eũ male capitare, vel quid simile. Itẽ si quis dixerit, non †diligo talẽ, si eũ postea occiderit, p̃sumetur ꝓpositum. Et si[illegible] si dixerit se nociturũ, si poterit, vide Alberi. in l. metus. C. qđ metus cau. Item si dixerit †alicui, ꝙ si senserit rumorẽ, nõ se moueat, vel ꝙ sentiet aliquid noui, p̃sumetur ex ꝓposito occidisse, vt ꝑ Bar. in l. si vẽtre ff. de priuil. credi. Item †si q̃s locutus fuerit cũ aliquo, & ille statim iuit, & occidit (q̃uis nesciatur quid dixerit) p̃sumet de mãdato, siue cõsilio, sicut ĩ dño loquente in aurem famuli. Intellige tñ p̃dicta, si incontinẽti †sequatur delictum, & qñ ille, quẽ alloquitur, pariter est inimicis capitalis, aliter illa locutio, ẽt cũ facto subsecuto non facit indicium, nã si non p̃cesserunt †causæ, nec causatum p̃sumitur secũdũ Bru. in qõ. inci. circa tertiã. Itẽ si dñs †famulo dixerit, non redeas domum nisi sentiam aliquid noui, si famulus aliquẽ occiderit, p̃sumetur de mandato. Item †si q̃s iactauerit de occidẽdo aliquẽ, si eũ occiderit, p̃sumetur ex ꝓposito occidisse, & poterit dãnari ꝑꝑ secutum effectũ, & hoc casu nõ cõsideratur qualitas ꝑsonæ, si vero nõ cõstabit de occisore, tũc spectabitur ꝑsonæ qualitas secũdũ Guid. Suz. in gl. sed si p̃ter famã. Idẽ ꝑꝑ †minas pręcedentes oritur indicium ꝓpositi, dũmodo cõstet minantẽ occidisse eũ, cui minatus est, nec distinguitur qñ cõstat, an solitus sit exequi minas. Et in p̃missis notandũ est, ꝙ indicia †verbi duplicẽ vim hñt, sicut alia indicia, videlicet, quis fecerit, qñ ignoratur, & quo aĩo. Etenim †is vr̃ fecisse, qui prædixit facere, sed in hoc differt, ꝙ qñ per supradicta indicia †quæritur quis fecerit, tũc distinguitur, an minãs, iactans sit solitus exequi minas, & sic de aliis, secus aũt qñ constat predictos occidisse, quia tunc prędicta oĩa indicia sũt grauia, & sufficiẽtia ad cognoscẽdũ de ꝓposito. Et per ea ꝓcedi põt ad torturam, siue in aliquibus ad cõdẽnationem, vt infra dicetur. Scribẽtes dñt præsumi †de ꝓposito cõtra minatum, si cõtinget eũ occidere minãtẽ, q̃a metus est vna ex causis impellẽtibus ad maleficia. Sed ego dico p̃sumi contra minatũ, qñ cõstat ipsum cœpisse rixam, aliter præsumi †contra minantẽ, & ꝙ minatus fecerit ad sui defensionẽ, q̃a in criminalibus, ꝙ †q̃s fecerit ad sui defensionẽ, ꝓbatur ꝑ cõiecturas, vide Ias. ĩ l. vt vĩ. ff. de iusti. & iu. Postremo maximũ est certamen apud doctores, an minãs, †qñ nõ cõstat de ĩterfectores, possit torq̃ri. Et secũdũ Speculatorẽ põt. vide in tit. de p̃sump. §. fin. Sed cõtra notatur in l. fi. ff. de hær. insti. Alii distinguũt, ꝙ si minãs est potẽs, & solitus exequi minas, ꝙ tũc possit torqueri, alii aũt, ꝙ possit

sit damnari. Hipp. in §. dil'genter, num. 81. Alij vero dixerũt posse damnari, qñ tria cõcurrunt, videlicet, inimicitiæ, minæ, pcussio cũ paruo iteruallo. Vide Bru. in tit. circa tertiam. Sed hæc opinio non placet, maxime, qñ offensus hēt alios inimicos, ac ēt, quia
18 †plures sunt causę, q̃ inducunt hoĩes ad maleficia, vltra inimicitas. Quare non cõsequitur necessario, ꝙ sit occisus à tali, cũ ab alijs potuerit occidi. Occurrit hic q̃ó, ꝙ minans
19 † possit impune offendi ab eo, cui minatus est ĩ illo actu minãdi secũdũ Hipp. in d. §. diligenter. Sed contra existimo q̄a nõ dr̄ factum cum moderamine. not. in l. vt vim. ff. de iust.
20 & iu. Nõ tñ punietur pœna ordinaria. [†q̄a pœnam homicidij iusta causa, & dolor diminuit, not. in l. quicquid calore de reg. iur.]

EX DICTO IN DELICTO, seu post delictum. Tract. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Clamor vulnerantis exauditur, an faciat indicium ad torturam?*
2 *Vox hominum est fallax, quia reperiuntur multi consimilem habere vocem.*
3 *Vox clamantis exaudita non habet vim probationis, sed indicij, nisi alia concurrant.*
4 *Clamor vulnerati, dicentis se offendi à tali, an contra nominatum indicium faciat?*
5 *Offenso non creditur sine alijs qualitatibus, etiam quòd haberet in manibus corpus Christi. Et quid si sit in articulo mortis, & id iuret?*
6 *Indicium ad torturam ex dicto offensi quando oriatur.*
7 *Offensi dicto quando non sit credendum? nec inde oriatur indicium ad torturam?*
8 *Offensi dictum, quando cognoscere non potest ob aliquas circumstantias offendentem, non facit indicium ad torturam.*
9 *Offensus quando non præsumatur mentiri?*
10 *Mulier clamans sibi vim inferri, facit indicium, si reus fuit cognitus.*
11 *Clamans contra offensum, licet nihil agat, censetur conscius.*

De dicto offensi, & delinquentis. Cap. I.

1 QVæritur, an per†clamorẽ vulnerãtis sine alijs oriatur indicium ad torturã? videlicet, qñ testes deponunt audiuisse delinquentẽ, & cognouisse ad vocẽ? Et secũdũ aliquos testimonium eiusmodi valet, & pbat, videlicet, qñ q̄s audiuit vocem alicuius, licet non viderit loquentem, vtputa, ꝙ sit paries de medio, vel aliqua alia res inter loquentẽ, & testem: & de hoc est gl. not. in l. 2. §. *idem* Labeo, & in l 2. in ver. audierunt. ff. de aqua pluuia. arcen. & Bal. in l. conuenticulas. C. de epis. & cler. Idem in l. Mosis, c. 22. Exod. & Iudicum, c. 18. ibi, agnoscentes vocẽ adolescẽtis, & lib. 1. Regum, c. 27. circa finem, ibi, cognouit Saul vocem Dauid. Sed pdicta credo nõ esse vera, nisi alia cõcurrãt, ꝓut in di-
2 ctis iuribus; & re vera †vox hoĩum fallax est: q̄a reperiũtur multi cõsimilem hr̄e vocem, & simili modo potest dissimulari. Vnde alijs
3 † non cõcurrentibus (iudicio meo) nõ habebit vim probationis, sed indicij, & ita semel
4 iudicaui. Econtra autẽ †per clamorem vulnerati, & offensi clamantis se offendi à tali, potest oriri aliquod iudiciũ, licet variæ sit opiniones scribentiũ: nã secũdũ aliquos dicto offensi, etiam ĩ mortis articulo constituti nõ creditur, neq; oritur aliqđ ĩdiciũ ad torturam, nisi fuerit vallatum alijs circunstantijs, vtputa inimicitijs, & similib. vide Alex.
5 cons. 14. vol. 3. vbi dicit, †non creditur offenso sine alijs qualitatibus, etiã ꝙ haberet in manibus corpus Christi. Alij autem senserunt vt credatur offenso etiam ad torquendum: limitãdo tamen, vt is offensus illud dicat in articulo mortis, & cum iuro Bald. in auct. si dicatur. C testa. Hippol. in §. diligenter, num. 118. sensit, ꝙ si offensus in mortis articulo est in plenitudine sui intellectus, homo bonæ conditionis, ac famæ, & tale delictum non possit per alios probari, tali casu
6 †oritur indicium ad torturam cõtra criminatum. Hanc opinionem multi Recentiores mordent, & refellunt: Mihi aũt Hipp. opinio æqua vr̄: non est. n. existimandum offensum velle excusare offendentem, & alijs imputare, cum nõ sit maius odium, quam cõtra vul-
7 nerantem, & occidentem. Limito †tñ dcm̃ Hip. hoc pacto: videlicet, si delictum secutũ fuit nocte, tpe obscuro, tũc tali dicto nõ est credendum, q̄a verisimile est offensum scire nõ posse certe offendentem, arg. l. hac cõsultissima. §. cũ humana fragi. C. q̄ test. fac. pos.
8 Idem in alijs †casibus, in q̄bus similes circũstantiæ resistũt, & cõtradicũt, vtputa, licet fo-

ret in meridie, sed offendẽtes erãt psonati: qa similiter dicto casu offensus nõ põt cognoscere offendẽtem. Et hunc casum semel
9 iudicaui. Et in duobus † tpibus offensus nõ psumit mentiri. videlicet in articulo mortis & subito qñ fuit offensus, nam tpe medio per suggestionem plures mentiri deprehẽsi
10 sunt. Mulier † clamãs sibi iferri vim, facit in
11 diciũ, si re⁹ fuerit cognitus. Itẽ si qs † clamet cõtra offensũ, licet nil agat, cẽsetur cõscius.

1 Famæ, seu dicto gentium an & quando sit credẽdum?
2 Fama quando faciat indicium ad torturam?
3 Fama sola quis torqueri non debet.
4 Famã quid sit, & quomodo diffiniatur?
5 Credulitas testium etiam fide dignorum non condemnat, & multominus vulgi, aut populi.
6 Voces populi uanæ non sunt audiendæ: nec eis est credendum.
7 Fama est solum pparatorium inquisitionis, non autem fundamentum torquendi reum.
8 Deo explorata sunt omnia, & intuetur cor.
9 Fama vnde originem traxerit, an sufficiat inspicere ad hoc, vt ex ea possit ad torturam procedi?
10 Fama sola non debet parere aliquod indicium ad torquendum, sed ad inquirendum tantum, siue ad coadiuuandas alias probationes.
11 Intellectus l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio.
12 Fama uehemẽs an faciat indiciũ ad torturam?
13 Testibus non testimonijs creditur.
14 Christus ob uoces populi fuit crucifixus.
15 Intellectus l. decurio. C. de pœnis.

De fama, seu dicto gentium. Ca. II.

De fama apud Oratores, sicut apud nos exempla nõ desunt: Alij enim
1 † dixerũt nõ temere famã nasci solere, qn subsit aliquid. Sed alij dixerũt famæ credi, qñ ẽ sine certo auctore disp sa, cui malignitas initium dedit, incremẽtũ credulitas, ꝙ nulli non, ẽt innocentissimo possit accidere fraude inimicorũ falsa vulgãtiũ. Sed scd̃m Gãd. in ti. de qõ. publica vox,
2 † & fama orta cõtra aliquẽ statim commisso delicto in loco commissi criminis à psonis fidedignis parit indicium ad torturam: & ro est, qa fama orta subito commisso crimine, crimini inesse vr. Propter tñ † solam
3 famam qs torqueri non debet, & rõ est, qa dem̃ unius multitudo facile sequtur. qua de re fama, & infamia cõtra aliquem facile oriũtur & ita fere oẽs sentiũt, vt in l. admonẽdi. ff. de iureiu. Et arguẽdo à diffinitione famæ, nullum affert indicium: nam fama nõ
4 † est aliud, nisi dicto gentium, siue vulgi ex imaginaria opinione, siue credulitate pcedẽs; & sub tali diffinitione comprehẽditur tam bona, q̃ mala fama l. 3. §. Idem diuus. ff de testi. Et tali famæ, siue dicto Iudex nõ
5 debet fidere, cum credulitas † testiũ q̃uis fide dignorum nõ cõdemnet. l. testium. C. de testi. tãto minus vulgi, aut populi, iuxta illud. Scinditur incertũ studia in cõtraria vulgus, Idẽ in l. decurio. C. de pœn. ibi. Vanæ uoces
6 † populi nõ sunt audiendæ, nec enim uocib. eorum credi oportet. Quamobrẽ existimo
7 famam esse pparatoriũ tãtũ inquisitionis, nõ aũt fundamentum torquendi reũ. Idem vr pbari sñia diuina, iuxta illud: descendã, & uidebo si clamorẽ, q uenit ad me, opere pfecit, vbi Deus p clamorem non aliqd iudicauit. Qua de re dixit, descẽdã, & uidebo, & intellige ꝙ dixit tanq̃ Iudex, nõ tanquã
8 Deus qa † Deo explorata sunt oĩa, & ĩtuetur cor. c. 16. Regum primo. Alij dixerunt
9 oportere cõsiderari, unde fama habuit † originẽ, & sic p originem pcedet ad torturã, si origo erit talis, ut p eã pcedi possit. Istud nõ satisfacit (q̃uis origo famæ sit semper habenda) nã considerata origine pcedetur scd̃m eã, cõsequẽter scd̃m indicia pcedẽtia famam. vtiq; erimus in casu indiciorũ, p q pcedetur ad torturã, si erunt talia, vt pcedi
10 possit, non tñ pp solam famam, quæ † sola non debet parare aliqd̃ indicium ad torquẽdum, sed ad inquirẽdum tãtum, siue ad coadiuuandas alias probõnes, & ita iudicio
11 † meo intelligitur. l. de minore. §. tormẽta. ff. de qõ. Secus scd̃m Hip. in uehementi fa-
12 ma. in §. diligẽter, nu. 18. ibi. ꝙ fama † nõ faciat indicium ad torturam, non hẽt locum in uehemẽti fama. Nam uehemẽs fama est sufficiẽs indiciũ ad torturam scd̃m Bart. in cons. 192. Hæc aũt opinio nõ placet: qa Iudex nõ dẽt cõsiderare, quia dicitur, sed vnde, & quid, & quale dicitur, & à qbus, testib.
13 † enim nõ testimoniis creditur l. 3. uers. tu magis scire. ff. de testi Et p hac opinione uide tex. c. 22. Exod. ibi. nec i iudicio plurimorum acquiesces sñiæ, vt à vero deuies. Exẽplo ẽt pniciosum ẽ cũ magni, sanctiq; viri vulgi opinione perierint, & trucidati sunt.
14 Omitto antiquos, & in vnũ finio, † Xps. p. per

per uoces populi crucifixus est, quare &c. Et
15 lex Decurio † supra allegata loqtur de hac fama. Nam vt dictū est in c. de fama reorū in prin. fama dupliciter consideratur vt ibi.

1 *Confessio extraiudicialis facit indicium ad torturam, dummodo sit uerisimilis, & sit probata per duos testes.*
2 *Cōfessio facta ab irato, ebrio, vel stolido nō ualet.*
3 *Confessio extraiudicialis sine causa non valet ad obligandum, inducit tamen semiplenam probationem, licet sit factum sine scriptura.*
4 *Confessus legitime in iudicio, pōt ad totum id, super quo proceditur cōtra eum ciuiliter, vel criminaliter condēnari, licet processus sit ineptus.*
5 *Indicium oritur cōtra eum, qui dicit se primo occisum inuenisse, vel primo homicidium uidisse.*
6 *Ingerens se est suspectus.*

Ex dicto post delictum. Cap. III.

1 PRopter confessionē † extraiudicialem pōt torqueri, dūmodo sit verisimilis & sit probata per duos testes. Itē con
2 fessio† facta ab irato nō ualet, gl. est in c. ex literis de diuor. Idē ab ebrio, siue aliter
3 stolido. Itē cōfessio† extra iudicium sine cā, scd'm oēs nō ualet ad obligādū. inducit tñ semiplenā pbōnem, licet sit facta sine scriptura. vide Matthesil. in sing. 13. secus facta in iudicio qa tūc calor iudicii supplet defectum, not. in l. 1. C. de confes. Item quoties
4 apparet† rēū in iudicio legitime confessum totum id, super quo proceditur contra eum criminaliter, seu ciuiliter pt cōdēnari, q̄uis totus pcessus sit ineptus. Sed de cōfessione, ne bis repetatur, vide ī c. 8. & fi. de tormētis.
5 Item indiciū† aliqñ sumitur cōtra aliquē, q primo dicit occisum inuenisse, & cōtra aliquē q primo dicit uidisse homicidiū scd'm Parid. de Put. in verb. tortura in fi. Et rō est,
6 qꝫ qui† se ingerit suspectus est, uide Hipp. §. diligenter nu. 150. Sed dic contra, nisi alia concurrant, vt inimicitia, & similia.

EX NON DICTO.
Tractatus IX.

SVMMARIVM.

1 *Taciturnitas imitatur confessionem.*
2 *Taciturnitas domestici parit indicium ad torturam exemplum hic ponitur.*
3 *Reus interrogatus per iudicem, si non respōdeat, potest etiam sine indicijs torqueri.*
4 *Recipiens literas debiti, si nihil dicat, videtur debitum fateri, & quomodo id procedat? Et an id in criminalibus habeat locum?*
5 *Positioni duo continenti respondens, si dicat de uno non credere, an de alio fateri credatur?*
6 *Tacens habetur pro contradicente in onerosis, & obligantibus personam, nisi vltra taciturnitatem fecerit aliquem actum, qui videatur venire ad probationem actus.*
7 *Taciturnitas nocet quoties reus tenetur respondere negando, aut confitendo.*
8 *Constitutio si fiat tertio præsente, & tacente, ille non dicitur consentire.*

EXtremum aūt, aut taceatur oportet, aut concedatur, aut negetur. Si tacebitur, aut elicienda est rñsio, aut qm̄
1 †taciturnitas imitatr cōfessionē, ac si cōfessum sit, cōcludere oportebit, vide Cic.
2 in 1. de Inuent. c. 8. Taciturnitas† domestici parit indiciū ad torturā. & dicit Par. de Put. qꝫ qdam mulier diu tacuit mortem viri sui, & quadam die clamauit reperisse eum mortuum, q fuit capta, & torta cōfessa fuit interfici fecisse virū. vide eū in verb. tortura, col. 3. Sed hæc cōclusio nō est tuta, & reqrūtur alia simul scd'm Hip. in §. expedita. Itē reus
3 interrogatus† per iudicē non rñdens, pōt torqueri, ēt sine indicijs. vide in trac. de tor
4 men. c. 3. Item si scribis † alicui, qꝫ reddat tibi cētū ei mutuatos, recepit litera, nihil dicit, vr fateri. Bar. in l. quo. n. ff. rem rat. habi. Sed limitat, qꝫ testes, qbus psentib. dabitur litera habeant copiam, & qꝫ adsint qñ aperitur. vide Matthes. in sing. 22. Itē si scribetur tibi, qꝫ sunt testes, q dnt, te per insidias occidisse Gaiū, si accipis lras, & nihil dicis, oritur indicium ad torturam, licet multi contra sentiant. vide Hipp. in §. diligēter, nume.
5 138. & Blanc. num. 224. Item siquis rñdet positioni, quæ cōtinet duo, videlicet, qꝫ cōmodaui tibi Codicem, & Volumen. tu rñdens, non credo de Codice, videris fateri de Volumine. Idem ēt si qs interrogetur extra iudicialiter secundum gl. in c. non ne. de psump. Sed secundum aliquos ex supradicta cōfessione tacita solū oritur semiplena probō. vide Rom. in sing. 78. Et secūdum† mul-
6 tos in onerosis, & obligantib. personā tacēs

habe-

habetur pro condicente: nisi vltra taciturnitatem fecerit aliquem actum, q. videatur venire ad ꝓbõnẽ actus. not. in l. q. patitur. ff. 7 mãd. Sed in p̃dictis†credo taciturnitatẽ nocere, quoties reus tenetur respõdere negando, aut confitendo, ꝑut criãliter, quãdo interrogatur p̃ Iudice: & ciuiliter, quãdo monetur respõdere positionibus, siue alijs actibus. arg. l. 2. §. ꝙ obseruari. C de iur. calũ. Et dicit Ro. in sing. 482. ꝙ si est facta constitutio, tertio p̃sente, & tacente non dicitur cõsentire: quod est notandum in hac materia.

1 *Mendaciter respondens, an possit torqueri?*
2 *Variatio, seu mendacium in quibus, & circa quae noceat?*
3 *Mentiri in quibus liceat propter salutem?*
4 *Accusatus de homicidio, si negauerit, si postea probetur occidisse, poterit dicere fecisse ad sui defensionem.*
5 *Delictum quo casu per mendacium approbari videatur?*
6 *Accusatus de homicidio, qui negauit se occidisse, & fuit conuictus, an possit alia defensione vti.*

Mendacium, an faciat indicium ad torturam. *Cap. II.*

1 Reus mendaciter†respõdens põt torqueri: q. a tacẽdo veritatẽ, videtur esse in dolo. l. seruus. ff. de dolo. Alij cõtra, q. a licet reo contraria dicere ꝑꝑ salutẽ. Propterea aliqui distinguũt, ꝙ quando mendaciũ est circa negociũ principale, seu circunstantias, tunc facit indiciũ ad torturã. vtputa, si esset varius circa locũ delicti, 2 vel tp̃s, tũc variatio †seu mendaciũ nocet, vt in exẽplo Bar. in l. fi. ff. de q. vbi ꝑꝑ delictũ de nocte, Iudex interrogat suspectum, vbi, & cum quibus fuit illa nocte, & si reperitur mendax, oritur maxima p̃sumptio. Secus au 3 tẽ†si mendaciũ fuerit circa diuersa, vtputa, circa nomẽ loci, & originis, & alterius rei similis, tunc. n. licet mentiri ꝑꝑ salutẽ. Omitto alias distõnes scribentiũ, & dico, quoties tractatur de aliquo facto, ꝙ hẽt annexã determinatione loci, vel t̃pis, vel alterius rei, de qua agitur, tũc mẽdaciũ nocet, vt in exẽplo Bar. quoniã dicto casu reus videtur deliquisse: q. a nõ apparet alibi fuisse, & repitur m dax: qua de re reus põt torqri. Itaq; si ac 4 cusatus†de homicidio, negauerit occidisse, si ꝓbabitur, poterit tñ dicere fecisse ad sui defensionẽ, licet mentitus sit, secundũ Bar. in l. cum de indebito. ff. de prob. quia mendacium non est circa negocium principale, 5 vel quia †non approbat delictum terminatum per locum & tempus, vbi reus videtur fuisse, quoties alibi se fuisse dicit, & mentitur, & si approbat delictum per mendaciũ. Quod si accusatus de homicidio negauerit se occidisse, & fuerit cõuictus, nunquid possit alia defensione vti, excipiendo se illum ad suam defensionem fecisse, vel aliter, responde secundum Barto. & alios scribentes posse, prout no. in l. nemo. ff. de reg. iur. & est communis opinio.

DE INDICIIS INDICANTIbus de reo, sed non de proposito. Tractatus Decimus.

SVMMARIVM.

1 *Indicia per quae arguitur de delicto, sed non de proposito.*
2 *Quaerendum nõ est de aĩo, nisi vbi de reo cõstat.*
3 *Probatio coniecturalis est triplex, circa ea quae indicant delictum, sed non propositum.*

Dictum est supra per q̃ cognoscitur de delicto, & ꝓposito simul. Su p̃est 1 videre de alijs indicijs, †per quae arguitur de delicto, sed non aeque de ꝓposito sine alijs, & haec ẽt scire oportet, q. a (vt saepe 2 dictum est) quae ri †non debet de animo, nisi vbi de reo constat. Et in ijs triplex est con- 3 iecturalis probatio. Prima, †per visum. Secunda per auditũ. Tertia per tactũ, q. bus tñ adijciunt Oratores gustum & odoratũ, sed haec duo ad venena ꝑtinẽt, vt infra dicetur.

1 *Probatio quae fit per visum, omnibus alijs est maior. Et tũc dicitur plena probatio, quãdo fit p̃ duos testes de visu omni exceptione maiores.*
2 *Torqueri an possit reus ex dicto vnius testis de visu maxime si testis sit oĩ exceptione maior?*
3 *Testis de visu, vt faciat indiciũ ad torturã debet deponere, ꝙ interfuerit maleficio, aliàs secus.*
4 *Testes duo requiruntur ad probandum indicia remota à maleficio.*
5 *Testis vnus de visu facit indicium, nisi aliae circunstantiae resistant.*
6 *Testis, qui non est omni exceptione maior, in quibus probet?*

7 *Testis non idoneus per aliquod priuilegium idoneus fieri non potest.*
8 *Testis debet esse omni exceptione maior, quando tractatur de condemnando, secus de torquendo.*
9 *Testes non idonei in casu inquisitionis admittuntur: quia tunc cessat periculum corruptionis.*
10 *Testes etiam infames non nisi instigati falsum deponunt.*
11 *Testi inimico etiam in casu inquisitionis credendum non est.*
12 *Testes inhabiles in casu accusationis admitti non debent etiam ad torquendum.*
13 *Iudex videns delictum committi, non potest tamen sine alijs probationibus reum torquere.*
14 *Visus vibrare gladium contra vulneratum, licet non sit visus vulnerare, poterit torqueri.*
15 *Testes si dixerint vidisse duos solos rixari, & vidisse in fine rixæ vulneratum, ex hoc poterit ad condemnationem procedi.*
16 *Inimicus interfecti, si visus fuerit solus ambulare in loco delicti cum gladio euaginato, reperto interfecto, poterit condemnari.*

De indicijs per visum vnius testis, seu Iudicis. Cap. I.

1 Probatio, quæ † fit per visum secundùm oẽs, est maior oĩbus alijs & tunc dicitur plena pbõ, quãdo fit per duos testes de visu, & oĩ exceptione maiores. Sed 2 dubitatur, an per † solũ dictũ vnius testis de visu possit torqri reus? Et nõ ẽ maius indiciũ isto: vñ secũdũ multos põt torqri; dũmõ testis sit omni exceptione maior. vide Bart. in 3 l. admonendi. ff. de iureiur. Itẽ debet † deponere, quòd interfuerit, aliter non facit indiciũ 4 ad torquendum: nã qñ † deponeret super remotis à maleficio & his, quæ cõsequuntur, requirũtur duo testes vt not. in l. fi. C. fam. 5 ercisc. Adde, secũdũ Bal. quòd vnus testis † de visu facit indiciũ, nisi aliæ circũstãtię resistãt, vt per eum. in l. 2. C. quorũ appella. Volunt tñ 6 aliqui, qđ licet † testis non sit oĩ exceptione maior, pbet tñ in aliquibus, videlicet, qñ cõcurrit leuitas vitæ rei. Itẽ in criminibus exceptis. vide gl. in l. 3. ff. de testã. Hoc tñ multi respuunt. vt Alex. in cons. 11. vol. 1. qa te-7 stis † non idoneus per aliqđ priuilegium non põt fieri idoneus. Alij sentiunt, qđ talis testis, licet non maior omni exceptione, pbet tamẽ qñ alia merita pcessus concurrunt. De-8 mum restringunt qđ testis † debet esse omni exceptione maior qñ tractatur de cõdemnãdo, secus de torquẽdo: & rõ est, quia maius versatur periculum ĩ condẽnando, quàm in torquendo, vt tradit Hip. §. diligẽter. nu. 4. 9 In prædictis † distinguo, quòd in casu inquisitionis testes ẽt nõ idonei admittãtur secũdũ Bal. i l. 1. C. de sũ. trin. Et rõ reddi põt, quòd hoc casu cessat periculum corruptionis: qa 10 † licet testes sint infames, non nisi instigati falsò deponunt, qđ nõ accidit ĩ supradicto 11 casu: Limitarem † tñ non esse credendum inimico, licet ĩ casu ĩquisitionis per regulã, quòd inimici de inimicis semper male cogitant, & facile mẽtiunt. In casu vero accusationis 12 testes ĩhabiles admitti nõ debent, neq; ad torquẽdum. q̃uis sint ĩ cõtrarium supradictæ auctoritates: Et si velis sequi opinionẽ pdcõrũ, saltẽ restringe, quòd ex nã negocij non possint hẽri alij testes, & aliter veritas hẽri neqat, & tractet đ torquẽdo tm. Iudex q̃uis 13 † viderit committi delictum, nõ põt tñ sine alijs pbõnibus torquere reũ, vt per Spec. tit. 14 đ sẽ. §. qualiter. Visus vibrare † & iacere gladiũ cõtra vulneratũ, licet nõ sit visus vulnerare, poterit tñ torqri secũdũ Spe. ti. de pb. 15 §. & si. Si testes † dixerint vidisse duos solos rixari, & vidisse, in fine rixæ vulneratum, ex hoc poterit pcedi ad cõdemnationẽ, & rõ est, quòd nõ est defensio in contrarium. Reper-16 to interfecto, inimicus † interfecti visus ambulare solus in loco delicti cũ gladio euaginato, poterit cõdẽnari. vide Ang. de id. du.

1 *Reperti in crimine, an ex hoc solo conuincantur, vt de facto puniri possint?*
2 *Reperti in domo, vbi perpetratum est maleficium, & nescitur à quo, poterunt torqueri, & an ex hoc possint damnari?*
3 *Tortura incipienda est ab eo, qui solitus est delinquere.*
4 *Reperti in loco delicti, vel in loco proximo, possunt torqueri, maxime si fuerint inimici interfecti, & reperti cum armis.*
5 *Repertus prope mortuum cum gladio, poterit torqueri, & an damnari?*
6 *Vicini habent indicia contra se, quando rei non reperiuntur, maxime in furtis, quia saltem scire præsumuntur.*

De repertis in crimine, siue in loco criminis. Cap. II.

1 Reperti † in crimine ex hoc solo con-

conuincuntur, & de facto possunt puniri secundum gl. in l. ictus fustium ff. de his q no. inf. Sed hæc opinio non placet: q a quis reus fateatur crimē (qđ est maius) monetur tñ, vt suas faciat defensiones not. in l. 1. §. si q s in villa. ff. ad Syll. & c. 2 . Exod. Si in aliqua

2 † domo perpetratum est maleficium, & nescitur à quo, reperti in illa domo tpe delicti torquebuntur, & rō est, q a p̄sumuntur scire, & secūdū aliquos pñt dānari. Sed dic, vt tit. fin. ne q s p aliqua indicia cōuincatur. Et su

3 prædicto casu † tortura incipiet à solito de-

4 linquere, secūdū Ro. l. 2. ff. ad Syl. Repti † in loco delicti pñt torqueri. Idē si in loco proximo. l. 1. §. q tergo. ff. ad Syll. Prædicta multi limitant, q inuentus sit inimicus interfecti vel q aliæ adsint causæ. Alij addiderūt, q sit inuētus cum armis. Sed ego credo sufficere, vt inuentus sit inimicus interfecti, licet nō inueniatur cū armis. q a post delictū potuisset celare arma. Cōclusiue distinguendo, vt supra. p̄cedetur ad torturā, & nō aliter, q a pōt q libet obuiare sorte, & casu. Re

5 pertus † p̄pe mortuum cum gladio poterit torqueri, sed secūdū alios dānari ob manifestū indiciū. vide Bar. i l. manifestus. ff. de fur.

6 Sciendū est † q si nō repiuntur rei vt supra dcm̄ est, capient idicia cōtra vicinos, q saltē p̄sumunt scire maxime in furtis. Bald. l. 1. C. locati, & in l. diuina. Deut. c. 21. in princ.

1 *Indicia, quæ trahuntur ex his, quæ consequuntur delictum, quæ sint?*

2 *Arma, vestes, & similia in loco delicti reperta, an faciant indicium ad torturam?*

De armis, veste, & similibus apertis. Cap. III.

Post supradicta indicia visus, & reperto [illegible] um in loco delicti. q p oēs apellātur

1 p̄pinqua. superest videre † de alijs, quæ reperiuntur i loco delicti. seu cōsequūtur delictum, vt p auct. ad Herē. lib 2. tit. 6. ibi, in cōsequenti tpe spectabitur, à quo factum sit hoc modo, si telum, si vestimētum, si quid eiusmodi relictum sit, aut vestigium repertum fuerit. &c. de quo ēt vide Quint. lib. 5. c. 9. & 10. Cic. de inuent. tit. 13. in l. Diuina. c 3 . Genes. Paris de Put. de Syndic.

2 co'u n. Sed per hæc † indicia proceditur ad tor [illegible] nisi aliæ circū stantiæ resid ant, & nisi accusatus aliquam iustam causam ostenderit, vt puta, q vestimētum, siue aliud repertum vendiderit, aut quid simile.

1 *Fuga sola, an præstet sufficiens indicium ad torturam, vel tantum faciat suspicionem, nisi cum alijs iungatur?*

2 *Intrinseca in criminalibus probantur per extrinseca.*

3 *Fuga quando tantum pariat indiciū ad torturā?*

4 *Reus præsumitur discessisse ob causam, per quam accusatur, siue inquiritur, nisi aliam iustam causam probet.*

5 *Fugiens post querelam, seu inquisitionem formatam, contra se non indicat.*

6 *Fuga quoties potest aliqua probabili causa colorari non facit indicium.*

7 *Fugiens post commissum homicidium, an excusetur, si dicat se fugisse: quia timebat ne consanguinei occisi, ipsum offenderent?*

8 *Fugiens ab suspicionem accusationis, vel inquisitionis, an excusetur? vel si aliquod indicium inde oriatur, an iuramento rei tollatur.*

9 *Iuramento probātur ea, quæ in animo consistunt.*

10 *Suspicio non est iusta causa fugæ, sed per eam arguitur, quod reus deliquerit.*

11 *Conscientia scelerum mille testes.*

12 *Criminales quæstiones iuramento reorum non deciduntur.*

13 *Iuramentum aliquod in criminalibus non præstatur causa purgandi aliquas suspiciones, siue indicia.*

14 *Tortura datur in supplementum in causis criminalibus, quando veritas haberi non potest.*

15 *Tortura in criminalibus succedit loco iuramenti.*

16 *Iuramentum purgationis est quoddam remedium extraordinarium.*

17 *Fuga probata in aliquibus casibus dicitur probatum delictum.*

18 *Fuga si alicui obyciatur in crimen, probata fuga, probatum etiam crimen dicitur.*

19 *Fuga probata, probata etiam dicitur suspicio.*

20 *Fuga per duos testes probari potest, sicut quodlibet aliud indicium.*

21 *Famulus fugiens à domino, an præsumitur domini res, si non adsint furto subtraxisse?*

22 *Fuga famuli, an contra eum faciat indicium ad torturam pro furto.*

23 *Fuga, an aliquo casu faciat probationem.*

24 *Innocentia rei etiam confessi, & condemnati omni tempore est quærenda.*

25 *Indicia quæ oritur ex fuga, oriuntur etiam ex præparamentis fugæ.*

Fuga

26 Fugā in propriū idē operatur, quod fuga in actu.
27 Probandi onus incumbit accusatori, & accusato quando quis fugit, sed quando quis non aufugit, incumbit solum accusatori.

De fuga. Cap. IIII.

1 PRopter solam † fugā q̄s torqueri non debet: q̄a nō facit indicium sed suspicionē, secūdū Bar. in l. fi. ff. de q. Secus si fuerit iūcta cū alijs, vt fama, inimicitijs & similibus circunstantijs. Alij aūt senserūt p solam fugam posse torqueri reum q̄a est animi indicium, & accusat fugientem. & in
2 † criminalibus p extrinseca pbantur intrinseca l. fi. ff. de diuor. Idem in l. Moysis. c. 28. prouerb. Fugit impius nemine psequente iustus. Sed conclusiue dic. q̄ q̄n cōstat iudici, q̄ reus abest ob causam, qua accusat, siue
3 inquirit, tunc fuga parit indicium ad tortu
4 ram. Et notandum est q̄ reus præsumitur discessisse ob causā, p quam accusat, siue inquirit, nisi aliam iustā causam pbet. l. de mi
5 nore, & ibi Bal. C. de adul. Limitant tñ prædicta scribentes. q̄ q̄s non possit torqueri, q̄n aufugit post q̄relam, siue inquisitionem formātur: q̄a q̄libet rōnabiliter sciens se esse accusatum, licet sit inocens, q̄rit fugam. & tunc fuga non pōt dici animi indicium, sine cōscientiæ signū, ex quo prouenit ex diuersa causa, & timore indicij. Et sic limitāt si alia simili cā iusta fugerit. & sic succedit
6 regula gñalis, quoties fuga pōt aliqua p babili cā celari, aut colorari nō facit idiciū, vtputa. si ille, qui aufugit, est solitus trāscurrere per diuersas ciuitates. Occurrit hic exēplum Bru. videlicet si q̄s commisso homici
7 dio † aufugerit, dixerit q; aufugisse, ne cōsanguinei occisi ipm offendāt, nō videbitur suspectus, & excusat, vide eū in q̄ō. incip. circa tertiā. Hoc tñ non placet, q̄a si tale concederet, nunq̄ fuga faceret indiciū: nā quilibet p p̄dicta se excusaret. Itē nō est æqua excusatio: q̄a nō debet q̄s timere cōsanguineos, si delictum nō commisit, imò ex tali excusatione orit idicium, quia ppalat se, & dat signa certa cōsciētiæ. Quare dic, vt supra nisi pbaret cōsanguineos defuncti an fugā minatos esse accusato, q̄a tunc rectè pōt dici ob p̄cedēte minas fugisse. Itē secūdū Hip.
8 suspicio q̄ sit formata † accusatio, siue iquisitio excusat fugientem. & si ex fuga aliq̄d oritur indicium, illud collitur p iurm, & sic fuga nunq̄ faciet idicium, quia fugiens poterit semper dicere, & iurare quod aufugit p p suspicionem, vide eum in §. diligenter. num. 42. quem oēs recentiores sequuntur
9 defendendo cum q̄ ea, † quæ in animo consistunt, directè p alios pbari nō pñt. nisi solo iuro, cui credit secūdū gl. in §. sed istæ, ff. de actionibus, vbi Ias. multa ait. Sed contra teneo per infrascripta, primo quia suspicio
10 † non est iusta causa fugæ. imò per eam arguitur, q̄ reus deliquerit iuxta regulā diui nam: fugit impius nemine psequente. suspicio. n. rei q̄ pcedat cōtra se, dat signa cōsciē
11 tiæ iuxta illud, cōsciētia † scelerum mille testes. Et dum Hipp. dicit tale indicium toli p iurm rñdeo, q̄ non probatur aliqua lege,
12 imo † q̄ones criminales nō deciduntur iuro reorum, not. in l. admonendi. ff de iureiur. Idē tenuit Hipp. in §. postq̄. in princ. Et iu
13 re merito in criminalibus non datur iurm aliquod causa purgādi aliquas suspiciones,
14 siue dicia quia tortura † dat in supplementum in causis criminalibus, q̄n veritas hri
15 nō pōt secūdū Bar. in l. fi. ff. de q. & sic † loco iuri succedit tortura, q̄ ēt q̄a plures gradus hēt, pōt dari secūdū qualitatem idiciorū. Et notandum est q̄ doctrinæ, quas citauit Hip
16 po. loquūtur de † quodā iuro, q̄d à scribentibus purgationis dr & est remedium extra ordinarium, & affert exemplum p p̄dictos de aduena conquerente sibi sublata esse aliqua bona in hospitio, nulla tñ hñte indicia, aut suspicionem cōtra hospitē, tunc, & simili casu pōt iudex deferre iurm. Hoc idem in l. Moysis. c. 22. & 23. Exod. ibi, si latet fur dñs domus applicabit ad Deos, & iurabit q̄ nō extenderit manum in rem pximi sui ad per
17 petrandum fraudem. Sunt † q̄dam casus, in q̄bus pbata fuga pbat delictum q. cogno-
18 scūt p regulam gñalem, videlicet q̄n † fuga obijcit alicui, tanq̄ crimē, tunc pbata fuga pbatum est crimē: q̄a lex tūc ponit ipsam fugā, tanq̄ specificū crimen, non aut tanq̄ signum criminis. l. desertorē. ff. de re milit. Idem in cœnobita fugiēte ex cœnobio. Iti
19 dē † q̄n agitur an q̄s sit suspectus, vel non, pbata fuga, pbat & suspō. Itē fuga pbari
20 † debet p duos testes, sicut quolibet aliud indicium, est gl. de hoc in l. fi. C. fami. ercisc. Multos alios casus ponit Hipp. in §. diligen
21 ter puta de famulo † fugiente a dño: nam si reperiūtur amissæ aliq̄ res dñi, videbitur ta
lis

lis famulus subtraxisse. Sed multi hanc opi-
22 nionē respuunt, refellūt. Hoc amplius †sentiunt, ꝑ tale indicium nō posse torqueri, cū exigātur alia indicia cum fuga. no. in l. 1. in princ. ff. de q. vide Brun. in tract. de ind. col. 3. Sed in hac difficultate sentio, ꝙ ex fuga famuli oriatur īdiciū ad torturā, qn̄ hæc cōcurrūt, videlicet, dn̄m habuisse dicta bona, & seruū verisilr̄ potuisse auferre. Itē ꝙ dn̄s si bonæ fidei, & econtra seruus sit aliquantulū suspectus: Aliter. n. nō est ꝓcedendū ad torturā: q̄a cōtingit sępe famulos fugere ꝑꝑ timorē domini, siue aliā similē causā, & dn̄i sæpe mētiūtur cōtra seruos. Itē dicit fugā
23 facere ꝓbōnem, videlicet, si sūt duo exules eiusdem nominis, & nescit̄ vere vter ipsorū sit exul, tūc ille, q̄a aufugit, iudicabitur esse ille q̄ est exul. Prædicta opinio nō placet: q̄a fuga pōt cōtingere ex diuersis accidētibus, vide q̄ not. in l. 1 ff. de in ius vocan. Qua de re ob solam fugam nō damnarem: quia oī
24 †tꝑe de innocētia rei ēt cōfessi, & cōdemnati q̄rendum est, si de innocētia cōstat. Et īdi
25 cia, q̄ oriūtur †cōtra fugiētē extēdūtur cō-
26 tra parātem aufugere ꝑ reg. idē †operatur fuga ī actu, sicut fuga ī ꝓmptu, secūdū Bal. ī l. pign. gr̄a. C. de pign. actio. Postremo notādū est, qđ tradit Brun. in gl. circa tertiam, in vers. adde notabilē effectō fugæ, & absen
27 tiæ ꝙ licet † qn̄ q̄s fugit, incūbit onus ꝓbandi accusatori, & accusato, tamen qn̄ q̄s non aufugit, incumbit solum accusatori.

1 *Vestigia, seu forma pedis in niue luto, aut puluere relicta, an faciat indicium ad torturam, vel ad condemnationem?*

De forma pedum. Cap. V.

1 PEr vestigia †seu formam pedum relictā in niue, luto, seu puluere oritur indicium ad cōdemnandum, vide Alb. in l. indicia. col. 2. C. de rei vend. vbi dicit, ꝙ cū quidam criminaretur de vuis ablatis à vinea, adductus fuit reus ad locum vestigiorum, & quia Iudex reperit formam pedum conformem, condemnauit eum. Sed dico hoc non sufficere ad torquendum, & minus ad condemnandum: contingit enim inter homines quædam similitudo, & forma pedum, vnde facile Iudex potest errare. Quamobrē tale indicium, nisi fuerit vallatum non sufficit: accedentibus vero alijs poterit reus torqueri, vide Bal. in l. non hoc. C. vnde legit. in l. diuina. de simili īdicio ī psal. Dauid. n. 51. Ibi. in medio ipsi calcaneū obseruauerunt.

1 *Cruor si in vestimentis, aut armis alicuius appareat, an oriatur indicium ad torturam?*
2 *Visus si aliquis sit exire cum gladio sanguinolento, vel visus fuerit fugere versus nemora, delicti indicium manifestum habere dicitur.*

De cruore in vestimentis: Cap. VI.

1 SI cruor † in vestimentis, aut armis alicuius apparebit, oritur īdiciū ad torturā, secūdū multos. Credo tn̄ hoc nō sufficere, q̄a talis sāguis pōt accidere ex diuersis accn̄tibus, & secūdū Quint. lib. 4. c. 9. ibi, sanguis, vel ex hostia resꝑxisse vestē pōt, vel è naribus ꝓfluxisse: non vti, qui vestem cruentam habuit, homicidiū fecerit. Sed, vt ꝑ se hoc indicium non sufficit, ita cæteris ad iūctū testimonij loco ducitur, vtputa, si reus fuerit inimicus interfecti: si ante minatus: si eodem in loco fuit, vbi de delicto cōstet: ijs. n. & similibus cruori addictis, orietur manifestum indicium, vide Quin. lib. 5. de signis. c. 9. & Cic. lib. 1. de inuent. tit. 13. vbi de prædicto, & similibus fit mentio. Apud iurisconsultos id īdicium est manifestum, vt puta vi
2 sus †exire cum gladio cruento à loco delicti, vel visus fugere versus nemora: de iis dicetur in tit. ne reus per aliqua īdicia cōuincat̄.

1 *Pallor an indicium faciat ad torturam.*
2 *Cordis dispositio magis apparet in facie, quā magis vrgent omnes sensus, quàm alias partes.*
3 *Pallore in reo superueniente, quando interrogatur à iudice, ob id reus non torquetur.*
4 *Sapientis animū paulisper moueri, & contrahi, et pallescere necesse ē, nō opinione mali percepta, sed quibusdam motibus rapidis, & inconsultis officium mentis, atque rationis peruertentibus.*
5 *Confidentiæ signum est non pallescere, & non expauescere, cum naturaliter quis expauescere debeat.*
6 *Intellectus. l. de minore. §. tormenta. ff. de quæst.*

De pallore, & trepidatione, & similibus. Cap. VII.

1 A Pallore, & similibus oritur īdiciū ad torturā, secūdū Bart. in l. de minore ff. de q. & rō est secūdū Philosophos.
2 quia †cordis dispositio magis apparet in facie,

cie,

cie, quam magis vrgent oẽs sensus, quã alias partes. Et vere q̃d accidit diffuso sanguine, aut cõtracto, vide Gel. lib. 19. cap. 6. Idem in lege diuina. c. 2. Neemiæ, ibi, quare vultus tuus tristis est, non est hoc frustra, sed malũ nescio qđ ĩ corde tuo est. Et c 4 Gen. ibi, cur cõcidit facies tua. Sed ex p̃dictis secũdũ Bru. nõ oritur indicium ad torturam, vt p̄ eum ĩ gl. circa tertiam, quem multi scribentes sequuntur. Vnde distinguo si ante delictũ quęretur, de hoc dcm̃ est ĩ tract primo. in c 8. Si aũt post delictum subito quis appareat ex accidenti pallidus, & non appareat de causa, poterit torqueri, dummodo sint inimicitię, vel alia, ex q̃bus possit vltra pallorem coniectari. Secus qñ reus † interrogatur à Iudice, aut alijs personis, tunc. n. licet palleat, trepidetq; nõ tñ torquebitur, & rõ est, q̃a pallor, & similia contingunt ob diuersa accidentia. Et primo ob magnitudinem periculi: sapientis enim † aĩum paulisper moueri, & cõtrahi, & pallescere necesse ẽ, nõ opinione alicuius mali percepta, sed quibusdam motibus rapidis, & inconsultis officium mentis, atq; rõnis p̃uertentibus. vide Gel. lib. 18. c. 1. Et licet p̃dicta possint cõtĩgere, ẽt cõsciẽtia peccati, tamẽ in causis nõ vere apparẽtibus non pręsumitur causatũ: Imò secũdũ † Oratores, & Philosophos põt dici eũ. qui nõ expauescit, vsq; adeo præmeditatũ fuisse q̃d sibi esset vsui futurum, vt cõfidẽtissi me resistens rñderet, q̃ signa cõfidentiæ, nõ innocentiæ sunt, de quo ad Heren. lib. 2. tit. 7. & Gel. in libris, & c. vt supra. Et ratio est secundum supradictos auctores, ꝙ quoties homo non expauescit, cum naturaliter expauescere debeat, & soleat, p̄cogitasse, & p̄sciuisse credi oportet, & ita põt intelligi. l. de minore. §. tormẽta. licet doctores aliter intelligant. ff. de q.

1 *Tactus indicium affert, sed fallax. Idem de odore, gustatu, & simili alio sensu: possunt tamen facere suspicionem.*

Ex tactu, odore, gustatu. Cap. VIII.

1 Ex tactu oritur indicium, cum reus cognitus est: q̃a ei tacta sunt arma, vel alia instrumenta, q̃ sub pallio gestasset, vel ꝙ manus, & alia pars corporis tacta sit. Sed indicium hmõi fallax est, vt in c. 27. Gẽ. ibi, vox Iacob est, sed manus sunt Esau. Idem ex odore, & gustatu, & simili aliquo sensu, nam quiuis horũ sensus põt constare suspicionẽ. vide Auth. ad Heren. lib. 2. tit. 6.

1 *Bannitus per contumaciam si se præsentet, an ob id tantum, sine alijs indicijs possit torqueri?*
2 *Absentiæ indicium tollitur per spontaneam præsentationem rei.*
3 *Iudex non debet plus oneris imponere, quàm lex, imò mens iudicis debet esse conformis legi.*
4 *Absentia rei potest contingere ex diuersis causis, & accidentibus.*
5 *Iudex non debet male præsumere de his, quæ lege conceduntur.*
6 *Contumacia sola quis torqueri non debet.*
7 *Absens non damnatur, si contra eum delictum probatum non fuerit.*
8 *Contumax reus si capiatur, ex hoc solo poterit torqueri.*

De absentia exulum ad inquirendum. Cap. IX.

Secundum Brun. in tract. 5 principaliter per supradicta oritur indiciũ ad torturã, vbi dicit. Addo alium casum, in quo põt ad torturã perueniri sine indiciis, 1 videlicet: quãdo accusatus † vel ĩquisitus, q̃a non comparuit positus fuit in banno: nã si postea cõparet, ꝙ vult purgare cõtumaciã, & respõdere, ꝙ forte ei à statuto permittitur, poterit torq̃ri sine aliis ĩdiciis, vide Hip. §. diligenter. num. 136. Sed p̃dicta non sunt 2 vera. Primo, quia indiciũ † absentiæ tollitur per p̄sentationẽ rei. arg. l. diuus. ff. de in inte. resti. Secundo quod lege permittente fit, 3 iure veri videtur: Iudex. n † non debet plus oneris imponere, q̃ lex: & mens Iudicis debet esse conformis legi. vt per Bal. in l. 2. C. penden. appella. vide c. 12. Deute. Tertio, q̃a 4 absentia † potest contingere ex diuersis accidentibus, & de absente (lege concedente) nõ 5 est male præsumendum. quia de iis, † q̃ conceduntur Iudex non debet male p̄sumere. l. 6 si tutor. C. de priuil. tut. Postremo † non debet quis per solam contumaciam torqueri, cum nec possit exulare. l. rapt. C. de episco. & 7 cle. vbi plus dicitur, ꝙ licet † reus absit, non damnatur tamen, si contra eum non fuerit 8 probatum delictum. Et intellige in † reo se præsentante in termino legis: secus quando reus fuerit captus, quia tunc poterit torq̃ri.

1 *Sortilegijs, & diuinationibus multi ad tormenta procedunt.*

Malefi-

2 *Maleficium tollere licet etiam per incantationes dæmonũ, dummodo animus nõ recedat à Deo.*

3 *Sortilegia nec etiam ad inquirendum indicium præstant.*

4 *Sortilegijs nec uitæ salus est quærenda, vel recuperanda.*

5 *Iudex per sortilegia inquirens potest puniri, quãuis reus reperiatur culpabilis.*

6 *Illicitum committens ab illiciti pœna non excusatur, quamuis tale illicitum ad optimum finem peruenerit.*

7 *Sortilegijs, & diuinationibus Caldæi præcipue vsi sunt in Syria.*

De sortilegijs. Cap. X.

1 PEr sortilegia, † siue diuinationes multi procedunt ad torturã, freti credo cõsilio Baldi incipiẽte, q̃a qõ ista, vbi dicit 2 † licere maleficium tolli ẽt per incãtationes Dæmonum, dummodo aĩus non recedat à Deo. Sed Hipp. tenet per p̃dicta posse inquiri, in §. diligenter, nu. 181. Cæterum p̃dicta cõfutari oportet, cum intersit reli-3 gionis X pianæ. Vnde dico, nec † ẽt posse inquiri p p̃dicta; q̃a ab orbe condito fuerũt ꝓhibita, vt in c. 13. Deut. Deinde p ius Canonicum, & Ciuile, vt in suis tit. Qũo ergo põt inquiri, & torqueri lege prohibente. Et horresco à supradictis lr̃is esse traditũ hæc ꝓphana, cũ non liceat recedere à Deo, nec ore, nec corde. iuxta verbum Dñi, Qui negauerit me corã hominibus, &c. Nec licet ẽt 4 pro † salute recuperanda q̃rere talia, licet aliter sanitas recuperari non possit, ita dicit tex. in c. admonẽdi dis. 27. Hoc amplius sen-5 tio, ꝙ Iudex † inquirens p simili possit puniri q̃uis reus reperiatur culpabilis, ex quo Iudex delinquit in legẽ, & cõtra naturã legis. 6 & quoties † aliquis cõmittit illicitũ, ab illiciti pœna non excusatur, q̃uis tale illicitũ peruenerit ad optimum finẽ scd̃m Bal. in l. ob seruare. §. ꝓficisci. ff. de offici. p̃sid. De talib. indiciis Oratores nõ meminerunt: q̃a ꝓ nihilo habita sunt. q̃uis tunc t̃pis multa oraculis, somniis, & portẽtis declarẽtur: vsum tamen p̃dictorum ad exploranda delicta renuerunt. Imò eo t̃pe multi prophana existimarunt, de quo Horat. 1. carm. ibi. Tu ne q̃sieuit, scire nefas, quẽ mihi, quẽ tibi Finẽ Di dederint Leuconoe: ne Babylonios Tẽtaris numeros, vt melius q̃dq̃d erit pati. Hac ar-7 te p̃cipue Caldei vsi sunt in Syria, & Babylõ caput olim Caldeorũ, vt tradit Ci. de Diu. Et vide Val. lib. 1. de Ausp. loquẽtem de. Ci Cor. Hyspalo, & Soly. & Diod. lib. 2. Sed p̃dcta o:a, vt supra dictũ est, per oẽs leges fue-8 runt prohibita: quia tales malefici sunt. & appellantur per leges hostes humani gñis. l. fi. C. de malef. c. 6. Exod. Reliquum est ergo, vt nõ solum Iudices à p̃dictis abstineãt, nec ẽt inquirendo: licet Hipp. inquiri posse tradiderit. Sed tales hostes humani generis, & Christianæ religionis persequãtur (dicẽte Dño) maleficos nõ sinas viuere. c. 23. Deut.

1 *Somnia an iudicium præstent ad iudicandum, & de causis somniorum, & quot sint somniorum genera, & effectus: & an eis sit credendum.*

De indicijs somniorum. Cap. XI.

1 DIctum est supra de sortilegiis, & similibus diuinationibus, † consequens est videre de somnijs, per somnia. n. antiqui capiebãt indicia, & ꝓnostica ad iudicãdum, demonstrandumq́; tã facta, q̃ futura. Hinc illud Virgilii in illis versibus. Pellib. incubuit stratis sõnesq́; petiuit. Multa modis simulacra uidens volitãtia miris. Hoc amplius supra oẽm stultitiam in iudicijs obseruabãt somnia, nõ solũ ad torquẽdum, sed ẽt ad cõdemnãdum. Legitur. n. cũ ex æde Herculis pacera aurea surrepta eẽt, Sophoclem in somniis uidisse ip̃m Deum dicentem q̃ id fecerat, vnde Ariopagitã cõprehendi iusserunt eũ q̃ a Sophocle noĩatus fuit, is qõne adhibita cõfessus fuit. Amplius legitur Claudiũ Cæsarem mori iussisse Appiũ p p Messalius somniũ, teste Cic. in lib. 1. de diuina. & suc. lib. 6. Philosophi de causis somniorum, tã intrinsecis, q̃ extrinsecis maximæ discrepãt: Nã Platonici illas referũt in species, & notiones aĩæ concretas, Auicẽna in intelligentia vltimã vouentẽ lunã, aut medio illius luminis, quo radiatim phãtasia hoĩum, dum dormiũt. Aristoteles refert in sensum cõem, sed fantasticũ. Albertus in influxũ superioribus mediis cum q̃bus dã speciebus, q̃ defluunt à cœlo: Cic. aũt refert ad naturã. qua nunq̃ aĩus insistẽs agitatione, & ex metu vacuus esse põt. is cũ langore corporis, nec membris vti, nec sensibus potest: incidit in visa varia, & incerta ex reliquiis inhærentibus earũ rerum, quas vigilans gesserit, aut cogitarit, quare per tur-

batione mirabiles interdum existũt spẽs sõniorum. Vide in lib. 2. de Diui. Alii ponunt cãm somniandi esse vapores & humores, & somniosos fieri sumpto lepore in cibo, magisq; supino cubitu, ac ꝓno nihil plurimũque somniari circa ver, ac autumnũ. Plin. lib. 28. Macrob. in lib. 5. ponit quinq; genera somniorum, & ex eis aliqua vera, sed aliis in tres tantum partiuntur species, videlicet naturalem, aĩalem, & cœlestem. Naturalem uocant per q̃ Physici, de humorib. indicant. Nam somniantibus aquam flegmaticos humores dñr designari, per rubentẽ calorem sanguineum, & per ignes colerata, tetris ãt humoribus melancoliam: Aĩalia aũt somnia dicuntur, q̃ sub animi passionibus, q̃ interdum contingunt proficiscuntur, quẽadmodum Paulo Apostolo in Macedoniã ꝓficiscenti euenit. Cœlestia dicuntur somnia q̃ diuina, rerum monita esse censentur, vt in literis hebræorum de Iacob Patriarcha. Itẽ de Pharaone cuius somnio fames pulsa fuit sub vaccarum spicarumq; velamine. Item de Propheta Daniele. Item de Ioseph: Postremo de Magis monitis ne ad Herodẽ redirent. Infinita alia exempla externa ponuntur per scribẽtes, quæ omitto breuitatis cã. Circa p̃missa Philosophi veros effectus sõniorum casu contingere scribunt. Alii tollunt oẽm auctoritatẽ somniorum, nullãque vim diuinam esse affectricem somniorum asserunt, & genera atq; distõnes somniorũ respuit Cic. dum dicit, q̃ est eãdem ista distinctio? q̃ vera? q̃ falsa hr̃? & si vera à Deo mittuntur, falsa vnde mittũtur? Et licet sint exempla externa, attestantia veros effectus somniorum, respõdet idem Cic. argumẽtis, & rõnibus disputandum esse nõ exemplis, q̃ aut casu veniãt, aut malitia falsa fictaq; esse pñt, p̃dicta sunt munita lege diuina dicẽte non obseruabitis somnia, c. 19. Leuit. & 34. &c. in p̃dictis aũt qñ, & quatenus credatur somniis, confugiendum est ad distinctionẽ phisicorum, nã scd̃m eos gñа morborũ iure declarari pñt scd̃m causas internas naturales, & insitas homini, ꝓut similiter in affectib. curarum, & vigiliarum, iusta uerbũ diuinũ multas scuras sequuntur somnia. Item vbi multa sunt somnia, ibi plurimæ vanitates, prout. c. 5. eccl. In p̃dictis aũt in q̃ dã cõueniẽtia, cõsensu, & conuentione naturæ. ex somniis significationes morborum, & quid quamq; rem sequatur intelligi põt. in alio uero gñe somniorum, prout somniantibus thesaurũ hæreditatem, honorem, uictoriã, & multa eiusdem generis, cũ nulla cã haud naturalis ratio subsit, nihil est concedẽdum.

NE REVS PER ALIQVA INdicia conuincatur, vt pœna capitali damnetur: Tractatus IX.

SVMMARIVM.

1 *Reus non conuincitur ob aliqua indicia, vt pœna capitali damnetur.*

2 *Indicia aliqua non sufficiunt ad procedẽdum ad aliquam pœnam capitalem.*

3 *Nemo debet ex præsumptionibus damnari, sed probationibus luce clarioribus, cum de hominis vita agitur.*

4 *Indicia indubitata, nõ sunt adeo indubitata, quin aduersus ea probari possit.*

5 *Visus exire cum gladio sanguinolẽto non habet tum indubitatũ contra se indicium, vt ex eo dãnari possit, cum esse possit, quod eo non obstante, non solum non occisor, sed nec vulnerator fuerit.*

6 *Indicia necessario non concludunt, quando veritas potest aliter se habere.*

7 *Probatio cõtra indicia ẽt indubitata admittitur.*

8 *Indices ex indicijs etiam indubitatis quempiam condemnare non debent.*

9 *Conuictus quis aliqua lege dici non potest ex indicijs etiam indubitatis.*

10 *Iudices non nisi auditis, & pensitatis defensionibus, reorum iudicare meminerint.*

11 *Dominus dat sapientiam, & consilium, & qui negligit legem, & consilium eius, perdetur à paruulis, & à stultis.*

12 *Iudex ex seipso etiam nemine petente debet quærere defensiones reorum.*

13 *Iudices debent esse soliciti, & curiosi in explorando facto, & defensionibus reorum, & non debent quærere ius ante factum.*

14 *Reus captus an debeat audiri, an vero possit statim de crimine condemnari?*

15 *Testes non publicati non inducunt aliquam probationem.*

16 *Captus ex hoc solo, quia captus, non debet de crimine damnari, nisi aliter de maleficio conuincatur.*

17 *Quilibet admittitur ad defendendos reos.*

18 *Iudices cauere debent, ne homicidas quærendo, homi-*

homicidæ fiant, & ne alios indicando, seipsos condemnent.

19 *Defensio reorum non potest lege Pontificis, aut Imperatoris tolli, cum sit de iure naturali.*

20 *Defensioni reus non potest renunciare.*

21 *Nemo est dominus membrorum suorum.*

22 *Iudicis interest ratione humanitatis, & intuitu religionis iustum non occidere.*

23 *Defensionis renunciatio à reo facta, quando à iudice sit admittenda?*

24 *Reus repertus inflagranti crimine, an de facto puniri possit?*

25 *Confessus crimen debet tamen moneri ad faciendum suas defensiones.*

26 *Indicia quamuis vrgentissima non sufficiunt ad damnandum reum in crimine capitali, etiam si sint talia, quæ mentem iudicis adeo coerceant vt aliter credere non possit.*

27 *Iudex licet viderit homicidium committi, damnare tamen non potest delinquentem, nisi de homicidio fuerit legitime probatum.*

28 *Iudices scire debent per aliqua indicia hominem non posse damnari.*

29 *Indicia, quæ uim plenæ probationis habent in ciuilibus, non sufficiunt ad condemnandum in criminalibus.*

30 *Iudices non nisi per probationes luce meridiana clariores debent reum condemnare ad mortẽ, cum in occultis versetur iudicium Dei tantum.*

31 *Iudices huius mundi debent iudicare secundum prudentiam, quæ cadit in hominem, relinquendo cætera iudicio Dei.*

32 *Iudex debet iudicare ea quæ certo scit, non autẽ per indicia, quamuis vrgentissima.*

33 *Indicijs hominem iudicare exemplo perniciosum est, cum sæpe per ea innocẽtes fuerint dãnati.*

34 *Indicijs etiam vrgentissimis quis non est damnãdus capitaliter, sed est torquendus potius, vt possit super certo iudicari.*

35 *Torquẽdum esse neminem nisi in subsidium probationum, quomodo intelligatur?*

36 *Indubitata legi, debent esse indubitata iudici.*

37 *Sententia capitalis contra reum proferri potest, ex indicijs indubitatis, & à iure approbatis.*

38 *Indicia à iure approbata non minorem auctoritatem, & fidem præstant, quam testes, et instrumenta uidentur continere.*

Dictum est supra de indicijs ꝑ q̃ torquẽtur reus, & ꝑ q̃ non: dicẽdũ foret ordine scribẽtium de indiciis manifestis, ob q̃ nõ torquentur rei, sed dãnãtur, de q̃bus indicijs fit mẽtio ab oĩbus. 1 Sed q̃a sentio † ob aliqua indicia reos nõ cõuinci, vt pœna capitali dãnẽtur, ꝓpea omitto, excutiẽs ꝑꝑ aliqua † indicia nõ esse ꝓcedẽdum ad pœnam capitalem, q̃a nemo dẽt 3 † ex p̃sumptionib. cõdẽnari, sed ex ꝓbõnibus luce clariorib. cũ de hoĩs vita aga. l. fi. C. de prob. Et alia rõ est in prõptu, q̃a indi- 4 cia, † q̃ scriptores indubitata appellant, non sunt adeo indubitata, q̃n aduersus ea possit ꝓbari, vt in exẽplo, si q̃s visus fuerit exire de loco, q̃ solum aditum hẽt, cum ense sanguinolento, qđ exemplum apud scribẽtes maximum est & indubitatum, vide Gãd. in tit. 5 de indic. indubit. Sed in cõtrarium † põt argui, ꝙ ille vulnerauerit tñ, & alius exanimauerit, sed fortius esse põt, ꝙ neq; vulnerauerit, prout nostris temporib. euenit, ꝙ quidã occidit quendã cũ ense, relicto ense fugit, superuenit amicus interfecti, & apprehẽdit ensem cruẽtũ, sequẽs homicidam captus fuit, fuitq; liberatus, quia in cõtrarium ꝓbauit. 6 Et re vera indicia † nõ concludũt necessario, q̃n veritas põt aliter se hr̃e, vt supra, vtiq; ꝑ indicia hmõi rei cõdemnari nõ debẽt. Idem in l. Moysis c. 29. Genes. in fine. Nam nulla res est, q̃ nõ suspicionibus, & indicijs quis uis possit criminari. Verũ in supradictis dupl'r cõsideratur, vno modo, q̃n † reus vult ali- 7 quid ꝓbare, & tunc sine dubio audiẽdus ẽ, quia p̃dicta indicia nõ sunt adeo indubita- 8 ta, vt supra, licet multi Iudices † cõtra ius, & fas al'r obseruẽt, & reos tanq̃ cõuictos cõdẽnent, quib. põt obiici. Quod genus hoc hominum? quæue hũc tam barbara morẽ. Cõmittit patria? Abhorreãt igitur hãc opinionẽ Christiani Iudices, tanq̃ prophanam, nã 9 exordiẽdo † ab orbe cõdito iudicia Dei repugnant, & primo nũquid Adã de pc̃õ conuictus fuit apud Deũ? Nũquid Chain de homicidio? Nũquid villicus de iniqua villicatione apud Christũ? cui dictum fuit, redde rõnem. Nunquid lex uestra iudicat hoĩem, & non prius audiuit, seu cognouit eũ? Memi- 10 nerint † itaq; Iudices non nisi auditis, & pẽsitatis defensionibus reorum iudicare, exemplis vt supra, quia maiora tradi non posũt, cum Dei sint, & homines ea imitari oportet, iuxta illud, Ne innitaris prudẽtiæ tuæ, 11 quia † dñs dat sapientiam, & consilium, & qui negligit legem, & cõsilia eius, perdetur a paruulis, & a stultis, & qui detrahit, aut

addit, mentit c. 1. 2. 3. 8. 12. Prouerb. Hoc etiã 12 † apud multos Iurisperitos certi iuris ẽ: q̃ppe fatentur oẽs Iudices esse ex se ipso nemine petente q̃rere defensiones reorũ l. si non defen. ff. de pœn. Quo pacto ergo Iudices volũt cõdẽnare reos, aut cõuincere, p ea q̃ necessario nõ cõcludũt? Et pbari põt q̃d tale, quo pbato nõ dãnarent: ex facto. n. ius 13 orit. Quare Iudices † oportet esse sollicitos, & curiosos in explorãdo facto, & defensionibus reorũ, & nõ debẽt q̃rere ius añ fa-14 ctũ. Occurrit † hic gl. in c. fi. de hær. lib. 6. q̃ contra religionem iudicãtium tradit reum captum nõ audiri, sed posse cõdemnari: q̃ gl. multi Iudices sequunt, Cõtra quos tñ est 15 rõ cõcludẽs, q̃ testes † nõ publicati nõ afferũt, siue inducunt aliquam pbõnem, p regulam, non dr quidq̃ probatum, nisi publicato pcessu, l. solam. C. de test. nec seq̃tur, captus est, ergo damnari dẽt: q̃a in cõtrarium 16 ẽ iuris regula. q̃ ex eo, q̃ q̃s sit captus † nõ dẽt de crimine damnari, nisi aliter de maleficio cõuincat: interest. n. reip. ne innocens 17 puniat. Vnde † q̃libet admittit ad defendẽdos reos: q̃a cuilibet ppria dẽt esse humanitas, vt p Pau. de Cast. in cõs. 168. Quanto 18 magis interest † Iudicũ q̃rere defensiones reorũ, ne homicidas q̃rẽdo homicidæ fiãt, 19 & iudicãdo se ipsos cõdemnẽt? Sciãt † cũcti nõ Põtificem, nõ Imperatorẽ posse reorũ defensiones tollere p suas leges, etenim defensiones sunt de iure naturali. clem. pastoralis de re iud. l. defensionis fac. C. de iure fi-20 sci, li. 10. Hoc † amplius rei nõ pñt renũciare ppriæ defensioni, est gl. in l. pactũ inter hæredẽ. ff. de pact. Rõ reddi põt, q̃a nemo ẽ 21 † dñs mẽbrorũ suorũ l. 1. §. vsq; adeo. ff. de Iniu. Aut alr insigniter dici põt: q̃a interest 22 † Iudicis rõne humanitatis, & intuitu religionis nõ occidere iustũ. c. 22. Exo. Nec a-23 liud genus † renũciæ Iudex admittet, nisi reus dicat se alias nõ hẽre defensiones, & Iudex cognoscat reũ carere defensionib. Bal. ĩ 24 l. seruũ quoq;. ff. de Procu. Fallit tñ † scđm aliquos ĩ reo reperto in crimine, q̃ de facto põt puniri, vt in gl. l. ictus fustiũ. ff. de ijs, q̃ not. infa. Quæ tñ opinio nõ placet, q̃a licet 25 q̃s cõfiteat † crimẽ (qđ maius est) dẽt tñ moneri suas facere defensiones. not. in l. 1. §. si q̃s in villa. ff. ad Syl. dicet in tit. de cõfess. Altero modo cõsiderandũ est, qñ sumus in supradictis indicijs, & reus nõ põt in cõtra-26 riũ pbare. Similiter † dr in supradicto casu ad damnãdum reum in crimine capitali nõ sufficere argumẽta q̃uis vrgentissima. Et si sint talia, q̃ mẽtẽ iudicãtis adeo coerceãt, vt alr credere non possit, ita dixit Pau. de Cast. in cõs. 197. quem recitat Cæp. in consi. 6. & 32. criminali: vbi redditur pulchra rõ, q̃ li-27 cet Iudex † viderit cõmitti homicidiũ, dãnare tñ non põt delinquẽtem, nisi de homicidio fuerit legitime pbatũ, minus põt damnare, q̃a credit ita esse p indicia. Hãc opinionem tenuit Brun. in 5. q. quasi in fine, dicẽs esse potuisse, fugiẽtẽ cũ gladio sanguinolẽto fecisse, ad sui defensionẽ. Cõtra tñ rõnẽ Brun. teneo, q̃a solũ tractat p supradicta indicia de cõuincẽdo reo de delicto cõmisso, & sic an occiderit? nõ aũt si potuit impune occidere. Primo. n. q̃ritur si occiderit, postea si occidere potuit, nã p pdicta indicia ambigitur an occiderit, an potuerit iure occidere, alterius est speculationis. Vnde licet opinio Brun. sit bona, nõ tñ p pdictã rõnem, q̃ 28 nõ cõgruit q̃õni. Sciãt ẽt Iudices † p aliqua indicia hoĩem nõ posse damnari exẽplo Salomonis, q̃ licet iudicauerit uni mulieri filiũ, nõ tñ uoluit aliã ad mortẽ cõdemnare, tametsi essent indicia contra eã, q̃a indicia 29 † quæ uim plenæ pbõnis hñt in ciuilib. nõ sufficiunt ad cõdemnandum in criminalib. vt p Inn. in c. afferte, de p̃sump. & Bal. in l. fi. C. eo. Et rõ reddi potest, q̃a Iudices non 30 † nisi p pbões luce clariores debẽt reũ cõdẽnare ad mortẽ, cũ in occultis versetur iu-31 diciũ Dei tñ. Et Iudices orbis † debẽt iudicare scđm prudentiam, q̃ cadit in hoĩem, relinquendo cętera iudicio Dei. c. 21. Exod. & iuxta illud, Descendam, inquit Deus, & uidebo, dixit. n. videbo, tanq̃ iudex, non tanq̃ Deus, ita intelligunt omnes. Vnde elicitur 32 Iudicem dr iudicare † quia certo scit, & p probata legitime ita vt videat, & cognoscat sic esse, nõ aũt p indicia, quamuis, vt supra, 33 vrgentissima. Exemplo. n. † perniciosum est per talia indicia hominem condemnare, q̃a contingunt contra hoĩes q̃dam verisimilia indicia, quæ ẽt inficiari non pñt, & multi p ea damnati fuerunt, quos per superuenientiam delinquentium cognitum fuit innocẽ-34 tes damnatos esse. Vnde pp † periculum iudicii tutius esse existimo reum torqueri, vt possit super certo iudicari. Nec obstant, q̃ apparent in cõtrarium, neminem torque

ri, nisi i subsidium ꝓbõnum, quia rñdeo ꝑ-
35 dictam † regulam hre locum, qñ cõstat de
delicto ꝑ aliud genus ꝓbõnis, quam per in
dicia supradicta, vt puta si per testes fuerit
legitime probatum, siue in ijs, per q̃ lex vult
cõdemnare exemplo. l. si q̃. C. de adulter. nã
36 q̃ † sunt idubitata legi, debent esse indubita
37 ta iudici. l. si tutor. C. de pri. tutor. † [Qñ er
go indicia sunt simul iuncta, vel mixta. &
sunt à lege approbata, pñt dici indicia indu
bitata, ex q̄bus põt procedi ad cõdẽnatio-
nẽ ea rõne, ꝗ sufficit ꝗ sit testibus su patus
vel ꝓpria uoce cõfessus, ad hoc, vt possit sñia
capitalis cõtra eũ ꝓferri. l. qui sñiam. C. de
pœ. & l. si q̄s. C. de episc. & cle. Ita eo modo
prædictis indicijs à iure approbatis poterit
sñia capitalis ꝓferri, vt l. si q̄. adulterij. C. ad
leg. Iul. de adulter. & l. excipiunt. ff. ad S.C.
38 Sylla. † Nã talia indicia nõ minorẽ auctori
tatem, & fidem probatam q̃. testes, & instra
vñr continere, vt l. ad probationes. C. de ꝓ-
batio. & dixerunt oratores plus oportere si
gnis, & argumentis credi, q̃. testibus: haec
enim eo modo exponunt quomodo re vera
sunt gestę, testes corrumpi posse, vel precio,
vel gratia, vel metu, vel simultate.]

TRACTATVS DE TORMENTIS, secundùm Oratores, ius diuinum, & ciuile: Francisci Casoni Iurisconsulti Opitergini.

SVMMARIVM.

1 *Tormentis, humanitatis, religionis, & Iurisconsultorum argumenta repugnant.*

2 *Tormentis, & quæstionibus non semper fides est adhibenda.*

3 *Tormenta multi populi renuerunt, quia plus mali, quàm boni ciuitatibus attulerunt.*

4 *Tormenta, & quæstiones, nisi certis in rebus interponi antiqui voluerunt.*

5 *Iudices abhorrere debent tormenta, nec facile ad ea prosilire, nec in omni causa, nec in omni persona, nec quibuslibet indicijs.*

6 *Indicia sufficientia ad torturam cognosci possunt, licet de eis non possit tradi certa doctrina.*

7 *Indiciorum loci, & origo, remissiue.*

8 *Indicia ad torturam debent esse talia, vt suspectus sit reus, & alijs argumentis, ita probationi admoueantur, vt sola confessio deesse videatur.*

9 *Confessioni rei ne credant iudices, licet sæpius ratificatæ, nisi ipsa confessio fuerit per signa declarata.*

10 *Torquendi arbitrium iudices sibi arrogare non debent, quia nullum arbitrium habere possunt, nisi pro reo.*

11 *Intellectus l. quæstionis modum. ff. de quæstio.*

De periculo tormentorum, & de errore Iudicum. Cap. I.

1 TOrmentis † & humanitatis, religionis, nec non I. C. argumenta repugnant. In primis exordiendo ab orbe condito exempla fori diuini non desunt. Etenim absque tortura reos, aut condemna
2 tos, aut liberatos fuisse cõstat. Deide † secũdũ I. C. quæstionibus fidẽ nõ semper, non tñ nunquam hũdam constitutionibus decla ratur: etenim res fragilis est, atq; periculosa, & quæ veritatem fallit. Nã pleriq; patiẽtia, siue duritia tormentorum, ita tormenta contemnunt, vt veritas ab eis exprimi nullo modo possit. Alij tanta sunt impatientia, vt in quouis mentiri, q̃. pati tormenta velint. Et ita fit, vt ẽt vario modo fateantur, & nõ tm̃ se, verumetiam alios criminentur l. 1. ff.
3 eo. Quamobrem † multi populi tormenta renuerunt: quia plus mali, q̃. boni ciuitatibus attulerint, & eorũ pernicie plures innocẽtes, q̃. nocẽtes dãnauerint. Et hodie in regno Aragonię nõ torquen͂ rei. Præterea
4 † legiẽ maiores voluisse nisi certis in rebus interponi q̄ões: cũ, q̃ vere dicerẽtur sciri, q̃ falso in q̄one ꝓnunciarentur, refelli possent hoc mõ. Quo in loco quid positũ sit: & si q̄d esset simile, q̄d videri, aut aliquo simili signo ꝑcipi possit, vide Auth. lib. . ad Heren. Quãuis supradictæ sñæ verba vetustis in codicibus aliter, ac in nouis legãtur.
5 Reliquũ † est ergo, vt iudices, aut abhorreãt tormẽta, aut nõ facile ad ea ꝓsiliant, nec in oĩ cã, nec in oi persona, nec quibuslibet indicijs. Et licet (vt dñt oẽs) nõ possit dari cer-
6 ta doctrina, põt tñ † dari aliqua via ad cognoscendũ idicia sufficiẽtia ad torturã. Bar.
7 i l. fi. ff. eo. De locis, & origine ind. cioiũ dictũ est in o ꝑe de indicijs, ꝑ quos locos videre est q̄d in quacũq; re verũ sit, & q̄d verisimile, atq; probabile: Et maiori ex parte vnusq̄q; coniector est veri. Sed vltra ꝑdicta
8 indicia † debent esse talia ad torturam, cũ

suspectus est reus, & alijs argumentis, ita ꝓbôni admoueat, vt sola cōfessio deesse videatur. Et cōfessioni † ne credāt iudices, licet sæpius ratificatæ, nisi dicta cōfessio fuerit per signa declarata. de quibus signis dicetur, in c. 10 qđ est maxime notandū in hac materia. Est, & cōis † error iudicū putantiū torturā eē arbitralē, quasi Natura corpora reorū arbitrio suo ad lacerandū crearit. Cōtra quos dico, ꝙ qñ esset simpliciter arbitrium (quod tamen non conceditur) tale arbitrium reduceretur ad ius cōe, secundùm Ang. in l. 1. ff. de testa. milit. Et oēs scribētes consentiunt. Vlterius dico ꝙ iura loquētia de arbitrio intelliguntur contra accusatorem, non contra reum, videlicet, Iudicem posse desistere, & supersedere à tortura ꝑꝑ periculum, & fragilitatem torturę non aūt excedere modum, de quo modo lex disposuit, vt in l. 1. ibi. qñ, vel quatenus faciendū sit videamus. ff. eod. Et ita † intellr lex quæstionis modum eiusdem tit. dicente Iurisconsulto, ibi. Itaq; quæstionē haberi oportet, vt seruus saluus sit innocētiæ, vel supplicio.

1 *Ad tormenta non est deueniendū, n. si constet de hoīe mortuo, & de cadauere, & de vulneribus.*
2 *Cadaueris, & eius vulnerum inspectio spectat ad peritos, & non ad indices, propter periculum iudicandi.*
3 *De ictu, & vulnere standum est in arte peritis. Et ad hoc duo requiruntur medici, licet de consuetudine stetur dicto vnius.*
4 *Contra latrones proceditur ad torturam, licet de delicto non constet. Et quæ sit ratio?*
5 *Confitens occidisse aliquem, an sit damnandus, si non constet de corpore, vel id nō sit verisimile?*
6 *Torquere aliquem si non constet delictum, exemplo pernitiosum est, quod etiam procedit in accusatis de furto, & veneficio.*

De non torquendo reo, nisi constet de delicto. Cap. II.

1 *Nominatus per tortum ex hoc solo non torquebitur, sed solum inquiretur, fallit in casibus, in quibus reus interrogari potest.*

2 *Indicium quando oriatur ex dicto torti sine alijs indicijs?*

3 *Homo malæ famæ in alijs non concurrentibus possit torqueri, ex solo dicto torti?*

4 *Nominati per tortum quando sine alijs indicijs possint torqueri, & quando non?*

5 *Tortus an iurare debeat facta nominatione in tortura?*

6 *Nominatio debet esse in tortura, aut statim deposito reo de tortura, aliter ea non valet.*

7 *Confessus de se, si sua sponte alium nominat non interrogatus, talis nominatio suspecta habetur à lege.*

8 *Testis sponte se offerens est suspectus.*

De nominato per tortum torquendo, vel non; & de errore iudicum. Cap. XVII.

1 NOminatus† per tortũ, ex hoc solo nõ torquebitur, sed solũ inquiretur, & ratio reddi potest, quia rei imputando cogitant hũc subsidium. Fallit tñ in casibus, in quibus, potest reus interrogari: q.a in dictis casibus crimẽ obiectũ satis est ad torquendum criminatũ. vide Ang. in verb. fama publ. Hipp. §. diligenter. num. 9. Sed nonnulli asserũt, ẽt in prædictis casibus non procedi ad torturã, nisi pcedant aliqua indicia, saltẽ psumptiua cõtra criminatũ, vt puta cõuersatio cũ torto, & similes qualita-

tes. Item ꝙ ex qualitate torti, siue ex persona criminati verisimile sit non mentiri, & similia. In casibus tñ † in quib. versa: ꝑbõnis difficultas, oritur indiciũ ex dicto torti sine alijs indicijs, dummodo is, cui crimẽ obijcitur, sit malæ uitæ, intelligẽdo ẽt ꝙ ex dicto torti oritur indiciũ cõtra criminatũ, qñ est malæ famæ ẽt vltra casus exceptos. Sed † de hoc dubita: q a licet q s sit malæ famæ, alijs tñ nõ cõcurrentib. nõ torquetur, & rõ est, criminis obiectionẽ per totum de eo factã indicium inducere nullum, cum interrogati non debuerit. Ergo ꝙ inde sequitur, lege ꝓhibẽte nõ valet Sed de cõsuetudine aliter obseruat. vide Gãd tit. de qõ. Ex supradictis aũt scribẽtes vñr potius cõfundere, q̃ cõcludere q a nõ vr dña inter casus exceptos, & nõ exceptos. Quare dic † ꝙ ĩ casib. exceptis, in quib. interrogãtur rei de sociis ẽt sine indiciis, & de quib. casib. dcm̃ est in antecedẽti cap. In dictis casib. nominati per tortum pñt torqueri scd̃m scribẽtes, ẽt ꝙ nulla extẽt indicia. Sed tu dic, ꝙ torquenẽ, dũmodo sint qualia qualia indicia. In alijs vero casib. nõ torquẽtur noĩati, nisi fuerĩt indicia idonea, & sufficiẽtia. Quæritur ẽt † an reus debeat iurare facta noĩatione in tortura? & multi cõsentiũt. vide Hipp. §. diligẽter, nu. 62. Sed hæc opinio non placet. vide Blan. nu. 283. & nota † ꝙ noĩatio dẽt esse in tortura, aut statim deposito reo de tortura, aliter nõ valet. vide, vt supra. [Addo † regulam gñalem ꝙ inquisitus de se confessus si sua sponte alium noĩat, nõ interrogatus super eo, noĩatio talis suspecta hr, † sicuti dr de teste spõte se offerente, ita Mod. Señ. in tract. de ind. & tort. quos citat Grammat. in cons. 21.]

1 *Confessiones reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportet, si alia non concurrant.*
2 *Confessionum alia spontanea, alia metu tormentorum, alia in tormentis.*
3 *Confessio quando dicatur spontanea, & quomodo debeat ratificari?*
4 *Notarius non debet scribere reum sponte fuisse confessum, quando adest aliquis terror.*
5 *Confessus sponte an possit statim sine vlla defensione damnari?*
6 *Confessus sponte potest damnari ex quolibet etiã inordinato processu, & sine indicijs præcedentibus.*
7 *Cõfessus spõte in aliquibus casibus non dãnatur.*
8 *Reus non torquetur si de corpore non cõstet, nec procedi potest per inquisitionem, aut accusationem, nec sponte confessus hoc casu damnatur.*
9 *Casus, in quibus reus torquetur, licet de corpore non constet.*
10 *Confessio facta coram iudice incompetenti, licet nõ plene probet, facit tamen indicium ad torturam coram suo iudice.*
11 *Confessio extraiudicialis, licet non sufficiat ad condemnandum, sed solum ad torquendum, tamen confitens potest extraordinarie puniri, tã quam de delicto se glorians.*
12 *Confessus per stoliditatem nõ dicitur conuictus, nisi perseuerauerit idem in confessione nuda, et sine causa, vel ab irato facta.*
13 *Iracundia an, & quando non obliget.*
14 *Pœnam homicidij iustus dolor diminuit.*
15 *Confitẽs se occidisse ad sui defensionem, si id non probet, an ad mortem damnari possit?*
16 *Offendentis qualitas demonstrat animum fuisse, vel non fuisse offendendi.*
17 *Mores boni faciunt præsumi pro reo, mali vero mores contra reum.*
18 *Confesso de se, & socijs nullo casu est credendũ, nisi euidentem rationem alleget, vel verisimilitudinem, quæ iudicem instruat.*
19 *Responsio rei dicentis, si feci, feci ad meã defensionem in criminalibus non est admittenda.*
20 *Responsio rei dubia parit indicia contra eũ, quia videtur velle iudicem fallere, & nu. 21.*
21 *Respondere non videtur qui ad interrogata obscure respondet.*
22 *Reus confessus se occidisse, sed non animo occidendi, an de homicidio teneatur.*
23 *Nemo videtur sine animo maligno delinquere.*
24 *Reus quod non aĩo occidẽdi fecerit, qũo probetur.*
25 *Accusatus de homicidio negans se occidisse, conuictus, an possit alia deensione vti.*
26 *Confessio spontanea an ratificetur?*

De confessione spontanea, & de errore Iudicum. Cap. XVIII.

1 Confessiones † reorũ pro exploratis facinorib. haberi nõ oportet, si alia Iudicis religionẽ probatio instruat nulla. l. 1. ff. de qõ. Sed sciendum est 2 confessionem varie concipi: est † enim alia spontanea, alia metu tormentorum, alia in tormentis, de quibus singulariter dicetur. 3 Spontanea † confessio dicitur, qñ reus sine tormẽtis, & minis, alioq; actu fatetur cõtẽta

In inquisitione, & tunc notarius scribet eũ spõte cõfessum, & alr̃ nõ. [Sed aduerte tutius esse notarium nullo casu scribere sponte cõfesũ,& sufficit scribere quo loco,quo tpe,quo mõ,& qualr̃, & quib.verbis fateat̃ reus,ea rõne,q̃a metus põt cõtingere ex diuersis accĩtibus ẽt ignotis,ergo,&c.dictũ ẽ in c.de cõfessione metu tormẽtorũ, ad quẽ 4 locum me remitto.] nã qñ† est aliquis terror,non dẽt scribere,reum fuisse spõte confessum. Postea post triduũ ducatur reus ad bãchũ iuris,vbi legetur cõfessio rei.& interrogabit̃,si dictã suam cõfessionem ratificare velit,monendo eum de sui vita agi. Contra tñ fere oẽs sentiũt cõfessionem eam nõ ratã hr̃i, imò reum sine alia perseuerantia dãnari,secus in cõfessione facta in tormentis,siue metu tormẽtorũ.vide in l.dic.C. de 5 custo.reo. Vlterius scd̃m†alios,spõte confessus põt sine ulla defensione statim dãnari. Tñ tutius ẽ reũ monere,vt seipsũ defendat & sic dari terminũ. Et rõ est:q̃a reus põt reuocare cõfessionẽ, vel eã declarare. vide in 6 c.cũ dilectus,de accus.Et cõfessionis† spõtaneæ vis erit eiusmodi, vt reus possit dãnari ex quolibet,q̃uis inordinato ꝓcessu. Item licet nulla p̃cedant indicia,tñ ob spõte confessionem factã poterit reus dãnari: secus aũt si ꝑ torturã, siue ẽt aliquẽ torturæ metũ reus cõfessus fuerit:tunc.n. qñ desunt indicia,nullo modo dãnabitur, licet ꝑseuera-7 uerint.In cõfessione † spõte facta in aliquibus casibus Iudex non damnat. Primo,qñ nõ cõstat de corpore, de quo ĩ primis cõsta-8 re dẽt Iudici, aliter † reus nõ torquet̃, imò non ꝓceditur nec per inq̃sitionẽ, nec per accusationem: q̃a talis solennitas req̃ritur ab initio:qua omissa oĩa,q̃ sequunt̃ sunt ipso iure nulla ob omissionẽ substãtialis modi:nam quoties solennitas datur ꝓ forma, eius omissio ẽt si eẽt leuis, tñ vitiat actum. vide in c.qm̃ frequẽter. vt lite nõ cõtestata, 9 Sunt†tñ casus,in quib.torquet̃,licet nõ cõstet de corpore.vide supra c.1.Scd̃o,in confessione impossibili,siue nõ verisimili. Tertio,in cõfessione incidẽter, & nõ principaliter facta. Quarto,ĩ cõfessione tpe inhabili, videlicet,qñ lapsum est tp̃s,post qd̃ nõ inquiritur,siue accusatur, qd̃ est post annos. 20.nisi in partu supposito,vel qñ falsis medicaminib.partum impediuit. vide Sing.3. de accus. Quinto,qñ cõtra cõfessionẽ aliter iudicatũ fuit. Sexto,ĩ cõfessione facta corã Iudice carẽte iurisdõne, & differt à iudice 10 incompetẽti,nãq; † confessio corã eo iudice,licet non plene ꝓbet,facit tñ indiciũ ad torturã coram suo Iudice.vide Bal.l.magistratib ff.de iurisd.om.iud.Et rõ ẽ, q̃a confessio extraiudicialis facit indiciũ ad torturã.ergo confessio corã Iudice incompetenti,tanq̃ confessio extraiudicialis dẽt facere indiciũ corã suo Iudice, licet Bar. tenuerit contrariũ.l.diuus.ff.de custo.reo. Notandũ 11 est, † q̃ licet confessio extraiudicialis non sufficiat ad condẽnandũ,sed solũ ad torquẽdũ. Attñ confitẽs p̃t puniri extraordinarie, tanq̃ de delicto se gloriãs.Hipp.in §.postq̃. Septimo in confessione facta virtute gr̃æ sibi ꝓmissæ per Iudicẽ. [De hac confessione vigore gr̃æ sibi ꝓmissæ per iudicẽ multa notãtur per Deciũ,& alios Modernos.in l hæc est natura.ff. de reg. iur.] Octauo,in confessione corã notario non hñte commissionẽ à Iudice,vel corã Iudice solo non in figura iudicii,& hoc casu non plene probat,facit tñ indicium ad torturã. vide Ias.ĩ 12 supradicta.l.magistratib. Nono siq̃s†vltro, sponteq; confitetur per quãdã stoliditatẽ, non conuincit̃ per talẽ confessionẽ,nisi ꝓseuerauerit:& ratio esse p̃t, confitẽtẽ non videri esse in plenitudine intellectus, cũ ita sponte,& sine vllo metu ipse confiteat̃.Idẽ in confessione nuda,& sine cã. Itidẽ in confessione facta ab irato, q̃ calore iracundiæ non valet.Scd̃o,votum.Tertio,iuរm p̃stitũ ab irato non obligat, & ita intellr̃ l. q̃dq̃d calore ff.de reg.iur.Hipp.in §.postq̃, nu.6. 13 [Sed † distingue de iracũdia ad hoc, q̃ non obliget,dẽt esse talis, q̃ mentis alienationẽ inducat & distingue q̃dam esse q̃ iuris sortiunt̃ effectũ,vt contractus,repudiatio,confessio,votũ, & similia. & ista ꝑ iracundiam impediuntur,q̃a non procedunt ex aĩo,sed ex animi alteratione. q̃dam iuris non sortiunt̃ effectum,vt maleficia. & tũc non curat̃ de iracundia, si. n. in delictis excusaret iracundia,raro delicta punirentur. mitigat̃ tñ pœna,qñ ex iusto dolore prouenit. Hinc dicitur,quòd licet prohibitum sit occidere fugientem qui te percussit, occidendo ta-4 men pœna ordinaria non punieris, † quia pœnã homicidij iustus dolor diminuit, no. in l.quidquid calore,supradicta.] Occurrit hic q̃stio,quã ibi ponit Hip.videlicet:siquis

15 † cõfite: occidisse, sed ad sui defensionẽ, nõ ꝓbato eo, qđ ad sui defensionẽ spectauerit, si nõ erũt alię ꝓbõnes cõtra eũ ꝑꝑ talẽ cõfessionẽ nõ damnabitur ad mortem. Cõtrarium tenuit Bar. l. Aurelius. ff. de liber. leg. vide Ias. l. vt vim. ff. de iust. & iur. Sed ipse in p̃dictis distinguo, videlicet, si talis confitẽs nõ cõsueuerit deliquere, neq; habuerit cãm se vlciscẽdi, tali casu tenerẽ cũ Hipp. q̃a ex p̃dictis lex bene p̃sumit ꝓ reo, sed p̃dictis nõ cõcurrentib. tenerẽ cũ Bar. Et p̃cipue cõsiderandũ est, si occisus erat offensus, nã eo casu vr̃ cõtra eũ p̃sumptio culpæ, & sic existimabi: voluisse vlcisci se, licet fuerit occisus, cõcurrẽte maxime qualitate ꝑsonę. Nã qua 16 litas † offendẽtis demõstrat aĩum fuisse, aut nõ fuisse offẽdẽdi. l. si mr̃. C. ne de stat. def. 17 Quare rei † curẽt ꝓbare de morib. nã sicut malos mores oritur sinistra suspicio, ita ob bonos bene p̃sumi: l. desertorẽ. §. is, cui. ff. de re mil. l. si militari. ff. de ijs, quib. vt indi. 18 [Addo † regulã gñalem, q̃ nullo casu credẽdũ ẽ cõfesso de se, & socijs, nisi allegauerit euidentẽ rõnẽ, vel verisimilitudinẽ, q̃ istruat iudicẽ, q̃a tũc publicæ vindictæ nõ erit sub trahẽdus reus. l. sicuti, C. de qõ. Gl. sing. in l. 19 patre. ff. de qõ.] Obuia † fit hic cautela Ias. in d. l. vt vim. videlicet, vtreus rñdeat, si feci, feci ad meã defensionem. Sed ego teneo, q̃ talis rñsio nõ dẽat admitti per Iudices, quia reus dẽt certe rñdere negãdo, aut cõfitẽdo, cũ ẽt possit torqueri ad rñdendũ, qñ rñdere recusat, vt dictũ est supra c. 2. Et cautela Ias. locũ hẽt in causis ciuilib. qñ rñdetur inter ipsas partes, secus in criminalib. vbi rñde: Iudici: tũc. n. ꝑꝑ religionẽ iudicis reus dẽt certo rñdere, cum interroge:, quid fecerit. Vide tex. c. 7. Iosue, ibi, atq; indica qđ feceris. Adde, q̃ ẽt in ciuilib. vt positionib. rñde tur clare. nota. in l. 1. ff. de vulg. & pup. Hoc 20 amplius † teneo reum in dubio rñdentem parare indicia cõtra se, quia vr̃ vere deliquisse, & velle iudicẽ fallere. [Conclusiue tene: reus nõ solum ad rñdendũ, sed certũ rñden 21 dum, † quia non vr̃ respondere qui ad interrogata obscure rñdet, Bar. in l. de ætate. 22 §. qui tacuit. ff. de interro. actio. † Idem dic in reo confitente se occidisse, sed non aĩo occidendi, quo casu non tenetur de homicidio, nam crimen tũc contrahitur si & volũtas nocendi intercedat, quia q̃ ex improuiso casu accidunt facta plerunq; non noxæ im- 23 putantur. l. 1. C. ad l. Cor. de sicar. † Nemo enim vr̃ delinquere, nisi aĩum malignũ delinquendi habuerit. Nam voluntas, & ꝓpositũ distinguũt maleficia. l. sæpe. ff. de ver. & 24 rer. sig. l. 1. ff. de fur. † Et notandum est, q̃ illa negatiua non aĩo occidendi ꝓbatur per p̃sumptiones probãdo amicitiã, & affinitatẽ, & qualitatẽ occidẽtis, & per iuim purgationis. prout no. Gl. in supradicta l. Idẽ in l. Mosai. qui percusserit proximum nesciẽs, & qui heri, & nudius tertius nullum cõtra eũ odium habuisse cõprobatur. tali casu remittenda est ei pœna homicidij, prout in c. 19. Deute. Nota tñ, q̃ lex Diuina in supradicto c. vult reum exulet. non ꝑꝑ crimen qđ non est per regulam supradictam, q̃ tunc cõtrahitur crimen si, & voluntas nocendi intercedat. Sed ne forsitan proximus eius cuius effusus est sanguis dolore stimulatus prosequatur, & percutiat aĩum eius. q̃ nõ est reus 25 mortis, vt ibi. † Quæritur ẽt si accusatus de homicidio negauerit se occidisse, & fuerit cõuictus, nunq̃d alia possit defensione vti? excipiẽdo se ad sui defensionem illud fecisse, & rñdetur quod põt scd̃m Bart. & alios scribentes in l. nemo. ff. de reg. iur. & ista est cõis opinio, quãm nota, quia multi tenue- 26 runt cõtrarium.] An confessio † spontanea ratificetur, vide in sequenti titulo in fine.

1 *Confessio metu tormentorum diuersis sumitur modis.*
2 *Torturæ metus æquipollet torturæ.*
3 *Terror leuis non indicat metum, nisi cadat in constantem virum.*
4 *Torquendi qualitas, circa tormentorum metum est consideranda.*
5 *Notarius non debet scribere reum sponte confessum, si aliquo terrore fateatur.*
6 *Confessio facta à carcerato fame, & frigore laborante, dicitur facta metu tormentorum.*
7 *Carceratus si aliquid confiteatur sine alia tortura, confessio non dicitur spontanea, quia carcer est species tormenti.*
8 *Confessio vt dicatur facta metu tormentorum, an sufficiat probare quem fuisse detentum?*
9 *Notarius non potest, nec debet scribere reum sponte confessum, sed sufficit vt scribat, quo loco, quo tempore, quibus verbis confiteatur.*
10 *Confessio etiam spontanea an debeat ratificari?*
11 *Confessus sponte debet saltem moneri ad faciendum suas defensiones rationibus, de quib. hic.*

De confessione metu tormentorum, & de errore Iudicum. Cap. XIX.

1 Confessio metu † tormentorum diuersis sumitur modis. Primo qñ fit in tormentis, seu prope torméta reo ligato, minante Iudice torturam. vide Bart. l. 1. §. diuus. ff de quęst. Sed alij dñt, si quis ducatur ad funem, licet non habeat manus ligatas retro, si confitet̃ dicetur cõfiteri metu tormentorum. Idem ét si quis apud torturã fuerit tãmodo spoliatus, & nõ ligatus, dicetur fateri metu tormẽtorũ, quia licet Iudex non torqueat hõ em, sed eũ spoliat, vt torqueat, induci iustus metus, ac si fuisset tor-
2 tus, & secũdũ † aliquos suspicio, seu metus torturæ æq̃pollet torturæ. Hoc amplius dixerũt aliqui cõfessioné factam ꝑꝑ vehemẽtes minas Iudicis, licet extra torméta intelligi tñ metu tormentorũ, & posse reuocari perinde ac facta fuisset ꝓpe tormenta. De hoc, & supradictis, vide Bar. l. nouissime. ff quod fals. tut. Guid. de Suz. sub rub. de qõ. Sed cõtrariũ
3 fere oẽs tenent, ꝙ sola † ductio ad funẽ sit leuis terror, sed ductio, & ligatio indicant metũ, q̃a debet esse terror cadés inconstanté virũ, l. interposita. C. de transac. Circa ṗdicta,
4 ego † dico cõsiderandã esse ꝑsonã torquẽdi, vt puta si est fęmina, q̃a nãliter timida, siue ét vir, dũmodo sit ꝑsona timida, & tali casu tenerẽ cũ Guido. metus. n. tormentorũ consideratur respectu ꝑsonarum, argõ auct. multo magis. C. de sac. sã. eccl. In hac ét materia
5 considerandum est, ꝙ qñ † reus aliquo terrore fatet̃, notarius non debet scribere eum spõte cõfessum esse, & i hoc multi iudices errãt. Ideo ét si esset † in carcere, in quo fame,
6 & frigore multum patiebat̃ reus, formidine tormẽtorum v: facta cõfessio secũdũ Bar. in l. 1 §. diuus. ff eo. Ego extendo dictum Bart. ad cõfessionem factam, non solum metu tormentorum, sed ét aliqua alia de cã, vt in d.
7 l. 1. §. si quis vltro. Et dixerunt aliqui, ꝙ † si carceratus aliq̃d cõfiteatur, ẽt sine alia tortura, talis cõfessio nõ dr̃ spõtanea, cũ carcer
8 sit spẽs tormenti. Hoc amplius † dixerunt sufficere probare quem fuisse detentum, vt eius cõfessio dicatur facta metu tormẽtorũ. vide Hip. in §. expedita. n. 9. Sed hæc opinio nõ placet, q̃a metus tormẽtorũ cõsideratur, vt supra cõclusum est. Sed q̃a metus torturæ põt cõtingere ex diuersis accidẽtibus. Itẽ q̃a cõsistit in aĩo delinquẽtis. Ideo iudicio meo
9 † notarius ꝑꝑ periculũ falsitatis non debet, aut põt scribere spõte cõfessus, & sufficit scribere quo loco, quo t̃pe, q̃bus verbis cõfiteatur reus, & an fuerit spõte, vel metu confessus, ex circũstãtijs ꝓcessus Iudex cognoscet, & esse dẽt potius speculatio iudicis, q̃ asser-
10 tio notarij. Propterea † cõfessio quãuis spõtanea debet ratificari per supradictas rões & alias, quas dicit Hip. in §. postquã nu. 22. & talis opinio fuit antiquorũ, q̃ Gand. impugnat, dicẽs ẽt, cũ q̃s cõfitetur crimẽ se cõmisisse illico & absq; aliqua perseueratione & cõfessione dãnãdus ẽ. vide eũ. de q. n. 15. Sed aduerte, ꝙ licet dubiũ sit, nũq̃d cõfessio spõtanea ratificari dẽat, sẽtiũt tñ oẽs, ꝙ spõ
11 te cõfessus † dẽt moneri suas facere defensiones. Primo, q̃a põt cognosci de inualiditate cõfessionis, vt supra. Secũdo q̃a põt reuocare cõfessionẽ, vel eã declarare. Tertio, q̃a cõceditur posse probari falsitas cõfessionis. vide Bal. in l. si quis. C. de epis. & cler.

1 *Confessio in tormentis facta, tunc demum fidem faciet, quando per certa signa verificabitur.*
2 *Confessionis in tormentis factæ verificatio ex quibus haberi possit?*
3 *Innocẽtia rei quandoque per causas cognoscitur.*
4 *Signa maleficij à reo sunt per iudicem petenda ad confessionis verificationem.*
5 *Confessione non verificata reos damnare exemplo pernitiosum est.*

De confessione in tormentis verificanda, & de errore Iudicum. Cap. XX.

1 Dictum est † supra confessiones reorum nõ hẽri pro exploratis facinoribus, si nulla alia probatio Iudicis religionem instruat: Etenim res est fragilis, & periculosa, & quæ veritatẽ fallit quia aliqui tanta sunt impatientia, vt in quouis mẽtiri, quam pati tormenta velint. l. 1. ff. de qõ. Quare Rhetores disputant, & vtrinq; argumẽta nõ sunt. Proinde altera pars tormẽta testimoniorũ loco hẽt. At altera pars dãnat cũ tormẽtorũ mẽtiri sæpe faciat dolor. vide Arist. lib. 1. de arte rhet. Quint. lib. 5. Cõfessio itaq; ĩ tormẽtis tũc demũ fidẽ faciet. qñ ꝑ certa signa verificabit̃, & hoc modo tolletur certamẽ, an reus sit vere cõfessus, an mẽtitus cruciatu tormẽtorũ. Et iudici ĩterest quærere rõne humanitatis, ne innocentẽ occidat,

cidat, & ne q̄rēdo homicidā homicida fiat. c.21. Exod. Verificatio † igit̄ dupliciter considerat ur. Primo ꝙ delictū sit cōmissū, unde cōstare debet de cadauere, aliter nō ꝓcediť ad torturam, dictū est supra.c.1. Est aūt alia verificatio magis necessaria ad cognoscēdū verū delinquentē, & ꝙ reus nō sit confessus cruciatu tormentorū. Quare licet confiteatur reus, Iudex tū debet quærere, & verificare ĩfrascripto modo. ĩ primis petatur à reo cur fecerit, & cur occiderit, nā per † cās qnq; cognoscitur innocentia rei, etenim si causę nō sunt verisimiles, rei nō dānantur. vide Ias.l.mag͂ ratibus.ff.de iurisd.om.iud.l.1.C. ad l.Cor.de sica. Secūdo, Iudex petet † à reo aliqđ certū signū, videlicet, si agatur de homicidio, interrogabit quid factum sit de armis, & de qualitate armorū: nā ex ijs, & similib veritas elucescit. Sinaūt de furto agatur, interrogetur q̄bus vendiderit, & si reus aliquos noīauerit, noīati examinētur, & ab eis exploretur, an sit verū. vide Bru. tract.6. ibi principaliter q̄ritur. Si in cā veneficii q̄s torq̄bitur, interrogetur, venenū vbi emit? à quo? qn̄? quāti? ꝑ quē dedit? Supradicto igitur mō, & simili, & in supradictis, & similibus delictis interrogādo reū, delicta fiēt explorata Iudici certis signis, q̄ ad veritatē adducūt, & nō sola cōfessione, vt dictū est supra. De supradictis signis, vide l. Mosis. c.7. Iosuẽ fi. Apud Rhetores, auctore Cornificio legitur, maiores voluisse certis ĩ rebus ĩterponi q̄ōnes, cū q̄ vere dicerētur sciri, q̄ falso in q̄ōne ꝓnunciarentur, refelli possent, hoc modo. Quo in loco quid positū sit, & siq̄d esset simile, quod videri, aut aliquo simili signo percipi posset, vide eundem. 2. ad Herēnium. titul. in causa coniecturali. Exemplo perniciosum † est non verificata confessione reos damnare, & exempla non desunt. vide Val. Max. lib.8. de quæst. in prin.

1 *Perseuerare in confessione quando, & quomodo reus dicatur?*
2 *Confessione facta, an statim reus ducendus sit ad eam ratificandam? vel quantum tempus sit interponendum?*
3 *Confessus debet per tres dies conquiescere antequam ducatur ad ratificandum ipsam confessionem, aliter si fuerit ratificata paruo momento, dicetur ratificata metu tormentorum.*
4 *Confessio facta in tormentis, & legitime ratificata, non præcedentibus legitimis indicijs, an valeat, & ex ea an iudex possit reum dānare?*
5 *Inquisitio non præcedentibus legitimis indicijs est ipso iure nulla, & quæcunque ab ea sequuntur, corruunt.*
6 *Confessio facta in tormentis, licet non satis sit ad damnandum nisi ratificetur, an fallat quando præcessit confessio extraiudicialis?*
7 *Confessus si non perseueret, an repetatur in tormentis, vt perseueret?*
8 *Confessus sæpius in tormentis, & ad perseuerandum ductus semper negans, an & quot vicibus possit torqueri, vt perseueret.*
9 *Confessus aliquando potest damnari, absque ratificatione, quando signa sunt talia, vt non sit probatio in contrarium.*
10 *Indicijs indubitatis non potest quis damnari, sed tantum torqueri.*
11 *Confessus si in confessione perseuerare nolit, sed velit probare contrarium, an non sit amplius torquendus, sed audiendus?*
12 *De innocentia rei omni tempore quæri potest.*
13 *Confessio in ciuili, an præiudicet in criminali, si per principalem facta fuerit.*
14 *Confessio facta in vno iudicio nocet inter easdem personas in alio, nisi contra confessionem in primo iudicio iudicatum fuerit.*
15 *Tortus Bononiæ pro delicto ibi cōmisso, ob quod non est corporaliter puniendus, si in tormentis confessus fuerit se plura maleficia extra Bononiense territorium perpetrasse, an à potestate Bononiæ possit vltimo supplicio condemnari?*
16 *Confessio de pluribus delictis, licet sæpe ratificata non nocet, nisi constet de illis.*
17 *Confessio licet legitime habita fuerit per tormenta, & fuerit ratificata, non erit tamen sufficiens ad condemnandum, nisi fuerit declarata à reo per signa, per quæ verificetur index reum vera esse confessum.*
18 *Confessio etiam ratificata non habet vim veritatis sine alijs signis.*
19 *Iudex maleficiorum temerè, & rei veritate indiscussa iudicare, aut reum condemnare, non debet.*
20 *Aduocati, & defensores dandi sunt reis carceratis, se defendere ob inopiam nequeuntibus, ne innocens indefensus pereat.*
21 *Renunciare defensioni suæ, an reus possit? & an iudex id admittere debeat?*
22 *Iudex quærere debet defensiones rei, etiam post latam sentētiam, si ratio innocētiæ cōstiterit.*

De confessione ratificanda, & quando reus ratificare recusat, & de errore Iudicum. Cap. XXI.

CONfessiones reorum non hñr pro exploratis facinoribus, nisi rei perseuerauerint. 1 Perseuerare † aũt dr, qñ reus ducitur ad banchum Iuris, prout duci omnino debet, vbi palam moneatur de vita sua agi, ideo bene consideret, si vult perseuerare in confessione sua, & eam ratificari, legente ei notario vulgari sermone dictam suam confessionem. Qui si rñderit contenta vera esse, tali casu dicet perseuerare. Et notã 2 dũ † est, reum non statim habita confessione duci dře ad ratificandũ eã, quia non dř perseuerare, qñ aliquo tp̃is spacio non quieuerit. Vnde Iudex supersedere debet per aliqđ spaciũ, qđ esse debet secũdũ aliquos p̃ diẽ, 3 & noctẽ. Sed secundũ † alios per dies tres, & ita obseruandum est, nam per solam diem, & noctem, reus aĩo confusus, doloris impatiẽs facile nõ resipiscit, & adhuc dř esse ĩ cruciatu, nisi aliquo bono spacio cõquiescat, saltem per dies tres: aliter.n. si fuerit ratificata paruo momẽto, dicet ratificata metu tormẽ 4 torũ. Animaduertẽdum † est Bal. tenuisse cõfessionem præcedentibus indicijs factam maxime valere, qñ ea ratificatur. Si vero fuerit facta non p̃cedentibus indicijs legitimis, si fuerit ratificata, valebit, aliter non, vide eum l. 1. C. de confess. Sed caue, & contrarium tene, q̃ per cõfessionem factam in tormentis licet legitime ratificatã non p̃cedentibus legitimis indicijs Iudex nõ poterit dãnare, & rõ est, quia accusatio, siue inquisitio caruit suis præcedentibus substantialibus à iure requisitis, videlicet, vt p̃cedãt legitima indicia, anteq̃ deueniatur ad tormenta, aliter inq̃si-5 tio † nõ p̃cedẽtibus legitimis indicijs est ipso iure nulla, & q̃cunq; ab ea sequũtur, corruũt p̃p ommissionem, & defectum modi, & for 6 mæ substãtialis. Notandũ est, † q̃ licet cõfessio facta in tormẽtis nõ satis sit ad damnandũ, nisi ratificet ad banchũ, vt supra, fallit tñ, qñ præcessit confessio extraiudicialis, vide Iason. l. Magistratibus. ff. de iurisdict. omnium iudicum. Sed hæc opinio non placet, nã ex cõfessione extraiudiciali orit indiciũ ad torturam, sicut ex alijs indicijs. l. ictus. ff. de ijs, qui nota. infa. Attñ confessio facta in tormẽtis ex alijs indicijs ratificat, cur diuersum in hac extraiudiciali cõfessione? Quid 7 si reus † cõfessus nõ p̃seuerauerit? dic q̃ repetet in tormentis, modo p̃cedant legitima indicia, & hoc casu repetet nõ ad cõfitendum, 8 sed ad p̃seuerandũ. Quid si sæpenumero † in tormentis cõfessus est, & toties ad banchũ iuris negauit, an possit torqueri, vt p̃seueret? Dic torq̃ri ter posse, secũdũ Hipp. l. repeti. ff. de q̃st. Sed alij post eũ dixerũt, si indicia sint leuia, nõ posse, nisi semel torqueri. Sed ego sentio, si cõfessio fuerit verificata signis, vt supra de verificanda cõfess. posse torqueri arbitrio iudicis. Et rõ est, q̃ hoc casu Iudex fa-9 ctus est certus. Et a'ias † tenui reũ posse dãnari, absq; ratificatione, dũmodo signa sint talia, & nõ sit p̃batio in cõtrarium. Et rõ reddi potest, q̃ Iudex certior factus nõ debet amplius certiorari. Deinde quia vbi sunt p̃bões, & secũdũ aliquos ĩdicia ĩdubitata cõtra reũ procedi ad cõdẽnationẽ, absq; cõfessio 10 ne, & ratificatione. Sed p̃ indicia, † licet ĩdubitata sentio nõ posse dãnari, sed torqueri. Nõ obstat, q̃ dici posset, q̃ modus & forma torturæ exigũt, q̃ cõfessio ĩ tortura, siue metu torturæ ratificet. Rñdet, q̃ hoc casu reus damnat p̃p signa mediante cõfessione, non 11 p̃p confessionem. Quid si reus † non perseuerauerit in cõfessione, & vult p̃bare in contrariũ? Dic q̃ nõ torq̃biť, sed audietur, licet sit confessus. Et non solum post cõfessionẽ, sed ẽt post ratificationem, & sñiam latam: 12 Nam † omni tp̃e ratione humanitatis quæri oportet de innocentia rei. Nonnunquam eñi, aut metu, aut aliqua alia de cã in se cõfitet & sæpe falsa demõstratione dãnatur. l. 1. §. fi. ff. eo. Quamobrẽ Iudex bene aget, si ĩ omni casu cõfessionis dabit terminũ reo ad se defendẽdũ, & dabit aduocatos, & defensores ne inocentẽ cõdẽnet, vt sæpe dictum est. Occurrũt hic aliquæ q̃ones ĩ materia cõfes-13 sionis. Primo, † cõfessio in ciuili p̃iudicat in criminali, si facta fuerit per principalẽ, secus per p̃curatorẽ. vide Paul. de Lizar. in c. fi. de 14 cõfessis. Secũdo, cõfessio † facta ĩ vno iudicio nocet inter easdem personas in alio, nisi cõtra cõfessionem ĩ primo iudicio iudicatũ fuerit, nota. in l. 1. C. qñ ciui. actio. præiud. 16 crim. Tertio, si tortus † Bononiæ p̃ delicto ibi cõmisso, ob qđ nõ debet pati corporaliter in tormẽtis cõfessus ẽt perpetrasse furta & alia maleficia extra comitatũ Bononiæ, q̃ritur nunquid potestas Bononiæ possit cũ

vltimo supplicio condemnare pp talia malefícia alibi commissa, & digna morte? Concluſiue dr non poſſe. vide Gand. de quæſt. n. 22.

12 Quarto, cōfeſſio † de pluribus delictis licet ſæpe ratificata non nocet, niſi cōſtet de il

17 lis, dcm̄ eſt ſupra in c. 2. Hoc † amplius notandum eſt, ꝙ licet cōſtet de delictis, & licet cōfeſſio ſit legitime habita ꝑ torturam, eſto ēt ꝙ ſit ratificata, non erit tn̄ ſufficiēs ad cōdemnandum, niſi fuerit declarata à reo ꝑ ſigna ꝑ q̄ verificet Iudex reū vera eſſe confeſſum, vide Bru. in gl. Sexto, principali, nu. 3. vide ſupra ī c. 20. Et iō reddi pōt, ꝙ cōfeſſio

18 † q̄uis ratificata non hēt vim veritatis ſine ſignis, dicente I.C. Siquis vltro de maleficio fateat non ſemꝑ ei fides h da eſt. Nōnunq̄ enim aut metu, aut aliqua alia de cauſa in ſe

19 cōfitet. l. 1 ff. eod. Itaq; Iudices ne† ꝑcipites, aut temere, indigenterq; ꝓbata aut quouis modo indiſcuſſa iudicēt, dicēte Veritatis voce. nolite iudicare, & nō iudicabimini. i quo eñi iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Maxi

20 mū q̄dē †memorabile, mētiq; tenēdū, haud ꝑtermittēdū eſſe duxi. Qm̄ miſerabilib. maximeq; circunuentis ſuccurrendum eſſe cēſeo. Quare Illuſt. Iulius Gabriel Patritius Venetus, Comes S. Pauli & Auiani cū quēdam ꝓ homicidio reū cōuentū in carcerib. detruſū teneret, q maxima angebat inopia, adeo vt ſe defendere non poſſet, Prædictus Illuſt. dñs Comes ſuis ꝓprijs (qd̄ eſt notādū) ſumptib. eximios V. I. D. dñm Alexādrū Feder. nobilē Taruiſinū, & Io. Baptiſtā Romā Serrauallēſem, ab ipſo reo noīatos, in aduocatos, ac hmōi cauſæ defenſores aſſumpſit. Iſtud q̄dē maximū miſericordiæ opus, & liberalitatis exemplū Illuſt. dñs ipſe Comes ab Illuſtriſſimis, & pietiſſimis dñis Venetis, orbis terrarū virtutis ſpecimen habuit. Quorū iuſtitia plena eſt terra. Et q vna cū Dauide inceſſabili voce miſericordias dñi ī æternū cātare, ac eā miſerabilibus, & inopia ductis impertiri

21 nō deſinunt. Poſtremo aliq † vtunt hac cautela, v3, ꝙ rei renūcient defenſionib. ſiue dicāt ſe alias nō hr̄e defenſiōes: & ſic ratificare faciūt cōfeſſionē, & nō amplius audiunt reū. Sed dic, ꝙ rei nō pn̄t renūciare, nec Iudex admittet aliqd̄ genus renunciæ, niſi certo ſciat

22 reū carere defenſiōib. & oī tꝑe audiat, † ipſe iudex q̄ret defenſiones. c. 22. Exo. Bal. i l. ſer. quoq;. ff dᷓ ꝓc. & l. 1. ī fi. ff. de q. vbi ēt poſt latā ſnīam q̄rit iudex ſi rō īnocētiæ cōſtiterit.

SINGVLARIA QVAESTIONUM criminalium ſub proprios titulos, digeſta, & redacta per Franciſcum Caſonum Iuriſconſultum.

SVMMARIVM.

1 *Accuſare quilibet poteſt, qui non prohibetur, & qui ſint prohibiti?*

2 *Frater non admittitur contra fratrem, niſi ſuam, vel ſuorumve iniuriam proſequatur.*

3 *Maritus non poteſt accuſare vxorem de adulterio, ſi ipſe de adulterio, vel lenocinio conuincatur, hodie tamen hoc corrigitur.*

4 *Maritus, & pater vxoris poſt quadraginta dies accuſare prohibentur, multaſq; ob alias cauſas ab vxoris accuſatione repellitur.*

5 *Accuſare volentes, debent id ſine mora facere.*

6 *Calumniæ ſuſpicio ab accuſando repellit.*

7 *Perſonæ quæ ab accuſando arceantur.*

8 *Iudex poteſt procedere ex officio ſi per accuſatione propoſita accuſatore deſiſtente.*

9 *Accuſare in crimine priuato quis non poteſt, niſi ſua intereſt, vel pœna fiſco ſit applicanda.*

10 *Accuſatus an poſſit accuſatorem ſuum accuſare.*

11 *Pauper prohibetur accuſare, niſi ſit fide dignus.*

12 *Minor 25. annis accuſare prohibetur.*

Fol. 1.

Qui accuſare poſſunt, vel non. Cap. I.

1 REgulariter †quilibet pōt accuſare, q non ꝓhibetur, itaq; prohibentur accuſare, alij ꝑ ꝑ ſexū, ūt mulier pp fragilitatē ſexus, vel ætatē, vt pupillus, niſi ſuā, vel ſuorū ꝓſequātur iniuriā, & niſi in crimine læſæ maieſt. annonæ, & ſuſpecti tutoris & ꝓ teſtō patris. Alij ꝑ ꝑ ſacrm̄. Alij ꝑ ꝑ magiſtratū. Alij ꝑ ꝑ delictū proprium, vt infames, vel qui nummos acceperunt ob accuſandum, vel non accuſandum. Frater

2 non admittitur contra fratrem, niſi ſuam, vel ſuorum iniuriā proſequatur. l. qui accuſare. ff de accuſ. & ibi gl. & gl. in rub. C. eod.

3 vbi multi enumerantur caſus. Maritus † nō pōt accuſare vxorem ſuā de adulterio, ſi ipſe maritus dᷓ adulterio, ſiue lenocinio ante cōuincatur, per vulgatā regulā dolus cū dolo cōpēſatur. l. ſi vxor. §. Iudex. ff. de adul. vide Gād. in tit. q accuſare poſ. Et cū prædictis auctoritatibus aduocati conſueuerunt defendere mulieris, vel pœnam diminuere, Sed aduerte, ꝙ ſupradicta lex (licet, Gand. nihil

nihil dicat) hodie est correcta ꝑ auc. vt nulli iud. §. adult. col. 8. Maritus † ꝓhibetur accusare vxorem suam de adulterio post dies 40. & pater vxoris ēt repellitur. l. iure mariti. C. ad l. Iuliam de adult. Itē repellitur maritus accusare vxorem suam de adulterio, si primo repudiauit eam, & mox approbauit mores eius l. si vxor. ff. de adult. qđ nota ꝑ muliere. Qui accusare † volūt, debēt sine mora accusare: alr̄. n. ꝑꝑ tarditatem Iudex p̄sumet ꝓ reo, ꝓ quo ēt reo orietur indicium scđm Ias. §. fuerat, inst. de act. Præterea † ꝑꝑ suspicionem calūniæ, quis repellitur ab accusando. Item qui † pacem fecerūt de vulnerib. sibi illatis. Item qui semel destiterūt ab accusatione silr̄ repellunt̄, prout no. in rub. C. eod. In p̄dictis † tn̄ casib. Iudex procedet ex offō. quia Iudex, producta accusatione, pōt ex offō suo prosequi, & facere ea, q̄ accusator facere posset, ꝓut dicet̄ in c. seq. In crimine † priuato regulariter q̄s nō admittit̄ ad accusandū, nisi cuius interest, & nisi delictum sit tale, ex quo veniret pęna applicanda fisco, no. in rub. ff. de pop. act. Accusatus an † possit accusare accusatorē suum q̄ritur ꝑ scribentes, & adhuc sub Iudice lis est. not. ꝑ Bar. Bal. Ang. Imo. in l. is, qui reus; ff. de pub. iud. Sed in hoc casu aīaduertēdum est, & distinguendum: qn̄ accusatus accusat accusatorem suum de maiori, & tūc, aut de tali crimine, qđ si esset verū, crimē contra se obiectū non esset verū, & tunc audietur, & plus tunc supersedebitur sup primo, donec scđm fuerit discusū, & ex euētu causæ ꝓcedet̄ sup primo, vel nō. Aut nō opponitur tale crimē, sed aliud, & primum, & scđm delictum pn̄t esse, & tūc sup vtraq; accusatione ꝓcedet̄, & discutiet̄. Limita si talis accusatus accusans accusatorem suum vt supra, nō expectauerit nomē suū recipi inter reos, siue iudicem commisisse contra se citationē: q̄a tūc ꝑꝑ tarditatem accusandi p̄sumitur facere aīo differēdi primam accusationem. not. in l. qui accusare. ff. de accus. Gand. in tit. qui pn̄t accusare, & q̄ nō, in vers. sed ego formabo talem q̄onem. Pauper † ꝓhibetur accusare nisi sit fidelis. l. nonnulli. de acc. Minor viginti annis † silr̄ ꝓhibetur, sicut testificari. Sed scđm Bar. pōt. l. accusare. ff. de accus.

1 Accusari quæ personæ possint, & quæ non?
2 Mortui quādo possint accusari, & quādo non?
3 Appellatione pendente si reus moriatur, an accusatio extinguatur?
4 Operarij conducti ad laborandum in alieno loco accusari non possunt, nisi per dominum eis fuerit protestatum, vel nisi sint ei loco, de quo agitur, vicini.
5 Clerici per laicos accusari non possunt, quamuis sint primæ tonsuræ: hodie tamen secus est.
6 Sacerdotes committentes delicta facinorosa, seu atrocia possunt accusari, & puniri per iudicem laicum.
7 Accusatus ab aliquo de vno crimine non potest de eodem ab alio accusari, nisi primus accusator decesserit, vel procedere impediatur.
8 Intellectus l. libellorum. ff. de accusatio.
9 Accusari non potest, quis post lapsum viginti annorum; fallit in casibus hic positis.
10 Accusandi post mortem ius durat per quinquennium.

Qui accusari possunt, & infra quod tempus. Cap. II.

Accusari † pn̄t tā mares, q̄ fęminæ, & demū oēs, nisi sint à iure excepti l. 2. C. de reis exhib. Accusari † non pn̄t mortui: q̄a mortuo reo oīs criminatio extinguit̄: fallit tn̄ in cri. lęsæ Maiest. Repetūdarū, Peculatus, & Hæreseos, q̄bus casibus ꝑꝑ enormitatem delicti accusatio de iā mortuo recipitur. l. Iudiciorū. ff. de accus. Itē fallit, si accusatus sibi mortem cōsciuerit, Vel ēt, si post litem cōtestatam, Vel postq̄ fuerit in scelere deprehēsus mortuus fuerit, no. in supradicta l. Iudiciorū. Quid āt † accusato cōuicto, & cōdēnato, si ab illa cōdemnatione appellatum fuerit, & pendēte appellatione moriat̄? rn̄dent scribentes, criminationē extigui quoad crimē, sed quoad bona appellationem ꝑficiendam esse, si in illa sn̄ia bona erāt adempta, Gand. in §. Sed pone tit. eod. Accusari † non possunt operarii conducti ad laborandum in alieno loco, sed conducentes accusari debent: fallit tamen, si talibus operariis fuerit protestatum per dn̄m loci, vel si operarii fuerint vicini loci, de quo agitur, tali enim casu præsumuntur scire locum esse alienum, no. per Imo. & alios scribētes l. de Pupillo. ff. de operis no. nun. Clerici † per laicum nō possunt accusari, q̄uis sint primæ tōsuræ secūdum Dom. de sanct. Gem. in c. cum in nouella, de accusat. vbi dicit perpetuo notandum contra Iudices

dices laicos: ſed priuilegiũ tale clericorum primæ tonſuræ in deſuetudinẽ abijt, & per Iudices laicos hoc tpe puniunt, & talis obſeruantia defendi põt ꝑ ſuaſmet leges, vt in c. clerici ſi in tõſura, extra de vi. & hon. cle. Hoc † amplius ſacerdotes cõmittẽtes delicta facinora, vtputa, raptũ uirginũ, & alia ſimilia delicta atrocia pñt accuſari, & puniri per iudicem laicum l. 2. & ibi gl. & Cy. C. de iis, qui ad eccl. confug. & rõ eſt, q̃a eccleſia odit, & repellit tales delinquẽtes. c. 21. Exo. ibi. Si q̃s inſidiatus fuerit, ab altari meo repellat. Accuſatus † ab aliquo de vno crimine nõ põt de eodem ab alio accuſari, niſi primus accuſator deceſſerit, vel impediat ꝓcedere, nam tunc admittit accuſator de eodẽ l. libellorum, ff. de accuſ. Sed multi intelligũt accuſatorem admitti ad perſequendũ accuſationem, non aũt ad inſtituendam de nouo, & hoc q̃a accuſatus nõ dẽt de eodem crimine pluries vexari. l. licet. §. fi. ff. Naut. Caup. Stabu. Item q̃ Iudex ſuccedit loco accuſatoris, põt. n. ꝓſequi, & ea facere q̃ accuſator facere potuiſſet, Bar. in l. 1. ff. de pub. Iud. Sed quoties † ꝓꝑ ineptitudinẽ, aut aliam malã formam ꝓceſſus formati condõ ſecũdi accuſatoris foret facta deterior, tali caſu licet trãſcedere ad aliam accuſationẽ, & ita intelligitur ſupradicta, l. libellorũ. Accuſari † q̃s non põt poſt lapſum annorũ 20. l. q̃re. C. de fal. Fallit tñ in partu ſuppoſito. Itẽ q̃ñ falſis medicamẽtis partũ impediuit. Itẽ in crim. læſæ Maieſt. item hæreſeos, & peculatus l. ſi cum eo. ff. de pœn. & l. Iudicii. ff. de acc. Itẽ in ſtupro admiſſo per vim in maſculo, ſiue fœmina, l. mariti. §. per quinquẽnium. ff. ad l. Cor. de ſica. Dcm̃ eſt hoc tit. p̃dictis caſib. poſſe accuſari delinquẽtes ẽt poſt mortem. Sed † tale ius accuſandi poſt mortẽ durat ꝑ q̃nquenniũ. l. q̃ Manich. C. de hær. Et ibi gl.

1 *Accuſatio quid ſit?*
2 *Accuſatione non præcedente quis regulariter nõ punitur, nec contra eum proceditur, niſi in certis caſibus, in quibus, ꝓceditur officio iudicis.*
3 *Inquiſitio eſt de iure diuino.*
4 *Accuſatio non admittitur, niſi conſtet de delicto, niſi in certis caſibus.*
5 *Contumax ex diſpoſitione ſtatuti nõ habebitur ꝓ confeſſo, quoties iudici nõ cõſtiterit de delicto.*
6 *Libellus eſt per accuſatorem edendus, hodie talem per Italiam accuſatio ſit ſimpliciter.*
7 *Accuſatio quid continere debeat?*
8 *Dies an exprimendus ſit in accuſatione?*
9 *Accuſator petere non debet reum puniri certa pœna, ſed ſufficit, quod petat eum puniri ſecundum formam iuris, & ſtatutorum.*
10 *Ciuiliter, & criminaliter an eodem libello agi poſſit.*
11 *Accuſari an plures poſſint in uno libello de eodem delicto?*
12 *Accuſari an vnus poſſit in vno libello de pluribus delictis?*
13 *Accuſari quis ex eodem delicto ſimul, & ſemel diuerſis legibus nequit.*
14 *Accuſari quis quando poſſit de pluribus delictis ſolo libello?*
15 *Accuſari quis quando poſſit à pluribus eodem libello?*
16 *Libello eodem poteſt agi cõtra producentem falſos teſtes, & contra falſarios teſtes.*
17 *Accuſator debet ſubſcribere accuſationẽ ad pœnam talionis, & an hodie hæc ſubſcriptio habeat locum?*
18 *Calumnioſus accuſator arbitrio iudicis punitur, & in eadem ſententia, qua abſoluitur reus.*
19 *Accuſationem per calumniam fuiſſe inſtitutam quomodo cognoſcatur?*
20 *Accuſatione pendente reus ad honores non admittitur, & propter atrocitatem delicti cõcurrẽte infamia fit ſuſpenſio beneficij, & officij, donec cauſa finiatur.*

De accuſatione, ſiue libello. *Cap. III.*

TRactaturis de accuſatione nota dẽt eſſe vis, diffinitio illius, ſequendo ordinẽ Iuriſconſultei in l. ff. de cõtrah. emp. & in l. 1. ff. de furtis. Accuſatio † eſt aliquem reũ criminis deferre. l. libellorũ, ibi reũ deferre. ff. eo. Et regulr † ſine accuſatione nõ proceditur ad criminis cognitionem, niſi in quibuſdam caſib. in quibus ꝓceditur offõ Iudicis. l. 2. ff. de adult. Hodie vero in q̃buſcunq; delictis (dummodo gratibus) ꝓceditur ꝑ inquiſitionem, ne ꝓꝑ defectum accuſatoris delicta remaneãt impunita. Hoc amplius † dico, ꝙ inquiſitio ẽ de iure Diuino, ꝓut dicetur ĩ ti. de inq̃ſitione. Accuſatio † nõ admittit, niſi cõſtet de delicto: niſi in caſib. de q̃b. dcm̃ eſt in tractatu meo de tormẽtis. c. 2. Et nota, † ꝙ vbi ſtatuta illuſtriſſ. Venetorũ diſponũt cõtumacem hñi ꝓ cõfeſſo, ſeu nõ audiri, nõ habebũt locũ, quoties Iudici non cõſtiterit de delicto: quia

quia offim suũ est ante oĩa qrere de delicto, postea de reo.l.2.C.de iura.calũ. & ibi Bar. l.raptor.C.de epis.& cle.vbi fortius ꝓbatur reũ cõuinci dr̃e de delicto. 6 Libellus † est edẽ dus per accusatorẽ, licet diuersimode cõcipiať l.fi.C.q accus.nõ pñt.Sed hodie p totã Italiã accusatio fit simplr̃,& ita obseruatur, Gã.in ti.qualiter fiat accusatio. 7 Sed talis † accusatio cõtinere dẽt nomẽ accusatoris, & accusati,crimẽ commissum, cũ qua ꝑsona, quo loco,quo anno, & quo mense, & quo die.Fallit tñ in crimine falsi. Verum scd̃m Spe.in §.2.de accu.nõ ẽ necesse apponi diẽ, 8 neq; horã:Alij † aũt post eũ dixerũt,ꝙ si ac cusator scit,aut verisilr̃ scire potest diẽ, tũc teneť exprimere,& si dies, aut aliud tp̃s necessariũ obmissum fuerit in libello, poterit postea ꝓbari,& cõualidabitur libellus. Sed si de alio loco,& tp̃e vltra positũ in libello, fuerit ꝓbatum, an reus absolui dẽat ab ob- 9 seruatione iudicij?diceť in c.5. Caueat † accusator,ne petat reũ puniri certa pœna, q̃a sufficit accusatori petere reũ puniri scd̃m formã iuris,& statutorũ.l.1. ff. ad Turp. & ibi Bar. Si aũt accusator exp̃sserit pœnã in libello,q̃ nõ cõuenit, reijcieť libellus ꝑꝑ talẽ ineptitudinẽ, sicuti ꝑꝑ aliam omissionẽ modi,& formæ substãtialis.Sed alij cõtradicũt,q̃a suppleť per iudicem tali defectui,no. in c.examinata de Iud.& rõ reddi põt,ꝙ vbi aliq̃s actus nõ ẽ necessarius,licet fiat,& inepte, ꝑꝑ hoc nõ vitiať processus, & in hoc differt à causis ciuilib. [In multis casib.in quib.exp̃ssio causæ necessaria nõ est, vt in libello,sñia,& similib.si exprimať cã, & inepta vitiat. eo q̃a ꝑsumptio q̃ erat ꝓ p̃dictis cã nõ exp̃ssa,tolliť per exp̃ssionẽ, & sic plus nocet inepta locutio q̃ taciturnitas, vide q̃ not. per Docto.in l. q̃ dubitationis tollẽdæ. 10 ff.de reg.iu.]Sed † nũquid agi ciuiliter, & criminalr̃ in eodem libello,siue accusatione cõtra aliquẽ possit? rñdent scribẽtes ꝙ nõ, nisi agať de re familiari,vt furti,vel de talib. exhibendis,vel interdicto,vñ vi,vel crimine falsi,&c.Sed vna intentata, & finita, altera poterit intẽtari,vt no.insti.ad l.Aquil.§.lib. 11 At nunquid † plures possint accusari in una accusatione,siue libello? rñdet scribentes, posse de eodẽ delicto,vt C.si re,vel acc.mortuus fuerit.Sed de diuersis delictis non, nisi suam,vel suorum iniuriã ꝓsequãtur, & nõ aliter.l.cum rõnibus,vbi no.per scribẽtes.C. eod.fallit in adulterio, vbi plures rei accusari non pñt,licet de incestu accusari possint. 12 l.res.C. eod. Sed nũquid † vnũ solũ possim accusare in vno libello de diuersis delictis? rñdetur,posse, sed delicta sunt clare specificãda,& sigillatim,vt accusatus certificet, vt 13 in c.vt circa.extra de elec. Sed ꝓ eodẽ † delicto nõ põt aliquis accusari diuersis legib.simul,& semel,rõ reddi põt, ꝙ nõ dẽt bis puniri,siue affici duplici pœna ꝓ eodem delicto.c.at si clerici,extra de iud. & l. senatus. 14 ff.de acc.Circa p̃dicta † ẽ aduertẽdũ,aliquẽ posse accusari de plurib. delictis solo libello,si dicta delicta simul veniũt puniẽda vna, & eadem lege,alr̃ est si delicta veniũt puniẽda diuersis legib.tũc.n.diuersis, & plurib. libellis accusari oportet.l. nõ est nouũ .ff. de 15 act.emp. Accusari † q̃s põt à plurib.eodem libello,si interest illorum, si aũt nõ interest magis idoneus ipsorũ per Iudicẽ eligi dẽt.l. licet.§.fi.ff.nau.caup.stabul.verũ hoc hẽt locũ à principio,aliter ꝓsequẽdum est.l.si plu 16 res.ff.de acc. Libello eodẽ, † siue inquisitione eadẽ põt agi cõtra ꝓducẽtẽ falsos testes, & cõtra falsarios testes l.hos accusare.ff.de 17 acc. Postremo † accusator dẽt subscribere libellũ,siue accusationẽ ad pœnã talionis.l.libellorũ.ff.eo. Sed hodie hæc subscriptio est sublata rõnib. dictis per Bar.in d.l.Sed quo- 18 ties † exp̃sse apparet de calumnia accusatoris põt puniri arbitrio Iudicis, & in eadem sñia,qua absoluitur reus: Verũ tutius erit, ꝙ reus admoneatur,vt se defendat occasione calũniæ,scd̃m Bar. in l athletas.ff de fal. 19 Et difficultas est cognoscere, qñ † q̃s per calumniã accusauit,dicetur in c.5. Nota,& 20 limita † regulã ꝙ lite,& accusatione pẽdẽte,accusatus nõ admittitur ad honores, & per atrocitatem delicti concurrẽte infamia fit suspensio beneficij,& officij donec causa finiatur. Inno.in c.1.de accus.lib. 6.

1 *Testes examinantur citato reo, & existente contradictore, alias repetuntur, & an hodie id obseruetur?*

2 *Iudex debet examinare, & interrogare testes, perinde ac si reus contradictor adesset.*

3 *Testes semel examinati non debent iterum super eodem examinari: & quid si iterum examinati contrarium primo deposuerint vtrũ dictum valeat?*

4 *Testis vnum dicens extra iudicium, contrarium*

vero in iudicio, an de falso puniatur?

5 *Testes in criminalibus nunquid debeant esse omni exceptione maiores.*

Quando, & quomodo accusator probare debet. Cap. IIII.

Roducta accusatione, deuenit ad examinationẽ, & testes † examinãtur citato ipso reo, & existẽte cõtradictore, vt possit dare sua interrogatoria: & si fuerint examinati testes nõ citato reo, iterũ examinabũtur: & Iudices, q̃ examinãt testes reo nõ citato, errãt, scd̃m opinionem Sal. in l. fi. C. de quæst. Ang. in verb. fama publ. ver. quæro. Hipp. in l. 1. ff. de q̃st. Aduerte, qđ stylus Italiæ est in cõtrarium, & testes examinãtur absq; citatione partis, & testes nõ examinãtur iterum, ꝓut examinari nõ debent. Et hæc cõsuetudo examinãdi absq; citatione rei vtilis est in puniẽdis delinquentibus, qm̃ citati, aut fugiũt, aut testes corrumpũt. Et licet oẽs scribentes dicant testes examinari dr̃e reo citato, vt supra: attñ hæc cõsuetudo defenditur, nec est de iure nouum: qđ qñ proceditur in criminalibus ex argumentis, & indicijs, eo casu testes examinari absque citatione partis possunt, tex. est in c. 1. de homic. lib. 6. & ibi scribentes. Sed in hac

2 †materia aduertãt Iudices, ꝙ debẽt examinare, & iterrogare testes, ꝑinde ac si reus cõtradictor foret: cũ Iudex teneatur ex seipso facere debita interrogatoria, sicuti dcm̃ est in tract. meo de tormentis in c. de non torquendo reo ꝑ indicia, nisi plene ꝓbata, &

3 qũo probent. Et testes† semel examinati nõ debent iterũ examinari suꝑ eodem, q̃a si testis semel examinatus cum iuro deposuerit, si iterũ examinetur, & cõtrariũ, seu quid diuersum deponat, neutrũ dcm̃ valebit. Bar.

4 in l. eos. C. de fal. Imò plus tenuit † Bart. ꝙ si testis dixerit vnum extra iudiciũ, cõtrariũ vero in iudicio, puniẽ de falso. Sed hæc opinio est repiobata ꝑ oẽs scribentes: q̃a licet testis alr̃ in iudicio, ac extra iudicium dicat

5 non vr̃ mentiri. Nunquid† aũt testes debeãt esse omni exceptione maiores, dictũ est in tract. meo de indicijs per visum vnius testis.

1 *Accusatore non probante reus absoluitur, et quid si probatum sit de diuerso, quàm positus sit in libello, an reus absoluatur, vel puniatur de eo quod probatum est?*

2 *Accusator deficiens in probatione, an eo ipso calumniari videatur?*

3 *Calumniosus accusator, ante litem contestatam ab accusatione desistens, an possit puniri? & quid de accusante per modum exceptionis?*

4 *Occidens eum, quem tẽpore illator vulnerũ, bannitum fuisse asserit, vtrum si in processu nõ appareat an antea, vel post vulnera fuerit bannitus, pro vulneribus sit condemnandus?*

5 *Probatio semiplena releuat accusatorẽ à calũnia, nisi reus contrarium plene probet.*

De accusatore non probante, seu per calumniam accusante. Cap. V.

dot㈜.illius arbitrio.pro exoneratione cõsciẽtiæ,qua peracta, post annos septem uolentibus matrimonialiter copulari,coniugia legitima non negant.d. c.in lectum,& ibi gloss.in uers.pnĩam.13.q.5.excõicatorũ,&d.c.si quis cum duabus.34. q. 2. Si qs fornicatus fuerit cum muliere, quam frater germanus ignorans fcm̃,postea duxit in uxorem, eo qđ frater q fornicatus fuerat prius crimen illud fratri celauit, septem annis pœnitebit absq; cõiugio.35.q.3.si uero homo † No. tñ hoc dictum perpetuo, qđ affinitas non solum contrahitur ex licito matrimoniali concubitu, uerum ẽt ꝑ coitum fornicarium,& illicitum tex.est no.cum gl.in uer.cõcobitu.25. q.3.de incestis,& c nec eam, unde seqtur ꝙ nulli ex consanguineis uiri fornicantis licet cõtrahere matrimonium,uel alr̃ se carnaliter commiscere cum muliere illa cum qua frater aut cõsanguineis eius prius fornicatus fuerat,econuerso ẽt minime licet uiro fornicanti cũ matre, filia, sorore uel alia consanguinea dictæ mulieris contrahere matrimonium, uel alias se carnaliter immiscere,sed ab illarũ concubito abstinere d c.de incestis. Si qs aũt hoc nõ obstante se immiscere ausus fuerit, cõmittit incestum, & ille coitus dr̃ ꝓprie incestuosus & abominabilis Deo, & cunctis hominibus, ita dicit tex.35.q.3.nec eam quam,& est ac si cum uera,& legitima consanguinea siue affine mulier fornicatus esset. † Vnde seqtur, ꝙ ꝓ hmõi incestuoso coitu habito non in figura matrimonii,sed actu fornicario,est pœna capitis,sicut ex ꝓprio incestu.d.l.si adul.cum incestu,qđ est uerũ,qñ scienter habuit coitũ, secus si ignoranter d.l.q cõtra legum, & dixi supra eo.tit.2.& 3.q.si uero interuenit in figura matrimonii sciẽter,& tales cõiuges subiiciunt pœnis de quib.in auth.incestas. C de incest.nup.& in corpore unde sumit eo.tit.si aũt ignoranter non excusantur,si erant mulier honesta siue honestæ uitæ, ut ibi dicitur ꝑ Bar.latius in d.l.si adult cũ incestu.Si uero coitus hmõi incestuosus ꝑficeretur cũ duab. meretricibus, aut alias impudicis mulierib. nõ putarẽ illũ pœna mortis puniendum esse q hanc fornicationẽ fecerit sic incestuosam, sed illud ꝓcedere duntaxat in mulierib.honestis,& honeste uiuentibus tm̃ l. inter libertas & l.stuprum ff de adult.§.item lex Iul.inst.de pub. iud. uide q̃ supra proxime diximus in 2. q.in fi.uerbis, ad mulieres aũt impudicas cũ accessus, & cõcubitus sit impunibilis de iure ciuili l.1.C de cõcub. & ibi Bal. & idem Bal. in l q̃ adult.ff. de adul.& l.si uxor, & ibi gl ff. eo.tit de adul.Bar.in l.uerũ,in fi.ff. de fur.ꝑpterea non puto ignorantes aliqua pœna talem de iure ciuili puniendos esse,†q̃ a q facit lege permittẽte pœnam non meret, l. Gracchus,C.de adul.l.nec in ea.§ ius occid. ff. eo. tit.& l.rap.in pri.C.de episc.& cleric.Si uero sciẽter fornicatus fuerit,puniendus ẽ,sed nõ tã graui pœna, sed alia mitiori iudicis arbitrio,aut illa de qua in d.auth. incestas. C. de incest.nup.& in corpore unde sumitur eo. ti. sicut.n ibi cõcubitus erat impunibilis uno respectu s.matrimonii uinculo, sed erat alio respectu punibilis,s.respectu consanguinitatis uel affinitatis, ita in casu nostro coitus iste est impunibilis respectu uitæ impudicę ipsius mulieris per iura prædicta, punibilis autem erit respectu sanguinis siue affinitatis.

1 *Fornicatus cum nouerca nuru,socru priuigna aut simili persona qua sit affici ndus pœna*
2 *Clericus cum nouerca, aut cogna:a fornicatus deponitur.*
3 *Laicus cum nouerca,priuigna,nuru,aut socru fornicatus de incestu punitur*
Matrimonium sci nter contrahentes in gradu prohibito, pœna incestus puniuntur.

1 Quinto quæro,† Quid si aliquis fornicatus fuerit cũ nouerca, socru,nuru,priuigna,cognata,s. fratris uxore,uel sorore uxoris,aut cũ cõmatre una seu duabus cõmatrib.aut earũ filiab.matre,cæterisq. ꝑsonis hmõi affinitate coniunctis,aut affinitate spirituali,ut hr̃ in c.1.& c. sup eo.de cogna.spiritu.qua pœna sit puniẽdus? Dic ꝙ de iure canonico s̃m ius antiquũ in foro cõsciẽ octo annor.pnĩa onerat,ut tã diu extra gremium ecclesiæ, & cõionem fidelium commoret, & à sacris ecclesiæ abstinendi habeat necessitatem 32.q. 7. si quis cũ nouerca,& 34.q 2.si quis cũ duab.& 30. q.3. si pr̃,& filius,& c.si quis de cogna. spiritu. & de consangui.& affi.c.1.§.inquisita ubi dr̃ ꝙ minus debemus abstinere à coniugio, seu fornicatione affinium,q̃ sanguine nostro coniunctorum, & ex propria consanguinitate.ꝑ quo facit ẽt 35.q.3.qualiter,& c. & hoc quoque,& cap.sane,cum tribus sequentibus,ubi dicitur, ꝙ sicut uir iungitur consanguineis

 propriis,

propriis, ita et iungitur consanguineis uxoris suæ † De iure uero canonico in foro contentioso, si clericus est qui in hoc crimine cecidit deponitur, quia per istum coitum cōmittit incestus 35. q. 2. qualit, & d.c. & hoc quoq; & d.c. 1. § inquisita. de consan. & affi. & alias supra diximus, in 2. & 3. q. Si uero sit laicus, aut coitū hmōi habuit in figura matrimonii aut habuit in actu fornicationis, si in figura mrīmonii, aut sciēter cōtraxit cū ea sciēs impedimentū cōsanguinitatis, aut affinitatis, & mrīmoniū nō ualet ipso iure, sed debet oīno separari, & uir siue mulier qui hoc mō scienter cōtraxit perpetuo priuatur cōiugio Si uero cōtraxerūt ignorāter, ambo uel alter tm̄, ille q ignorāter cōtraxit, nullā patitur pœnā ordinariam, sed facta separatione ipsius mrīmonii, q̄ oīno fienda est, datur sibi certa pnīa iudicis arbitrio 35. q. 3. q propinq̄, & d. c. de propinquis, ille uero, siue illa q̄ scienter cōtraxit priuatur perpetua spe coniugii d.c. si qs cum nouerca, & si qs cum duabus, 32. q. 7. & 34. q. 2. † Si uero coitus iste habitus fuit in actu fornicationis, & siue scienter, siue ignorāter id fecerint, utroq; modo puniēdi sunt de incestu, & stupro, si soluta erat, uel de incestu, & adult. si nupta erat, per ea q̄ no. dixit Bart. in d. l. si adult cum incestu. ff. de adult. & diximus supra proxime præced q. & dicemus infra q. seq. De iure aūt ciuili pœna incestus ambo puniuntur qñ scienter contraxerunt matrimonium, quæ est pœna mortis, ut supra proxime diximus, & habere in d. l. si adulteriū cū incestu, & ibi glo. & Bar. ff. de adulte. Si uero ignoranter separantur, & pœnas euitant pdictas, dūmodo cito, & incontinenti se ab inuicē separent postq̄ habuerunt scientiam, alias nō euitarēt pœnas, d. l. q cōtra legem, in fi. C. de incest. nupt. & in authen. de incest. nup. in prin. Aut se cōmiscuerūt in actu fornicationis, & isto casu non adhibetur aliqua distō, an scienter, uel ignoranter se ad inuicē cōmiscuerūt, qa isto casu nō pdest illis ignorātia, ex quo dabāt operā à principio rei illicitæ per ea q̄ notāter dixit Bar. in d. l. si adul. cū ince. & diximus prox. q. non tñ puto, q eadem pœna sit puniendus iste sicut ille q scienter, ut dicemus etiam infra q. seq. & alia seq. & hr in d. c. de propinquis, & cap de incest 35. q. 3.

Adulterium, hoc est coitus cum muliere nupta habitus qualiter puniatur.

Clericus pro adulterio deponitur in foro contentioso de iure canonico, laicus uero excommunicatur.
2 *Adulterium committentes sacrilegium perpetrare videntur matrimonium uiolando*
3 *Clericus pro adulterio simplici hodie non deponitur*
4 *Deficiens in purgatione sibi iniuncta puniri debet, ac si crimen contra eum plene probatum esset.*
5 *Episcopus cum clerico dispensare potest in stupro fornicatione simplici, & alijs minoribus criminibus*
6 *Adulterium inter minora crimina connumeratur.*
Clericus pro peccato sodomitico pœnam depositione patitur
7 *Pœna delicti commensurari debet, ut pro modo delicti sit, & plagarum modus.*
8 *Vindicta seu pœna ibi debet esse leuior ubi culpa præcessit minor.*
9 *Pœna minor clerico infligitur pro adulterio, & alijs minoribus criminibus quam pro incestu, aut sodomia.*
10 *Clericus pro adulterio & incestu simul commissis punitur pœna depositionis.*
11 *Sacrilegium largo modo, et improprie committitur per adulterium.*
12 *Sacerdos ob simplex adulterium potest deponi perpetuo ab altaris ministerio.*
13 *Mulierem nuptam carnaliter cognoscens, de adulterio punitur.*
Concubitus meretricius à iure ciuili permissus à iure diuino damnatur.
14 *Coniugatus concumbens cum muliere soluta de iure ciuili de stupro tenetur.*
Cognoscens carnaliter mulierem nuptam quæ antea fuerat meretrix an teneatur de adulterio
15 *Laicus mulierem nuptam adulterans excommunicatur etiam si ante nuptias fuerit meretrix.*
16 *Coitus mulieris meretricio more uiuentis iure ciuili est impunibilis.*
17 *Mulier quæ adulterium commisit cum aliquo an mortuo marito possit matrimonium contrahere cum illo.*
18 *Mulier dicitur honeste uiuere si unius tantum, & non plurium recipit amplexus.*
19 *Maritus uxorem accusare non potest de adulterio ante tempus sui matrimonij commisso.*
20 *Maritus non potest aliquem iure mariti accusare de stupro cum uxore tempore quo eam concubinam tenebat commisso.*

Sexto

1 Sexto declaranda succedit qđ † adulterium, quo quis obtinuit coitum mulieris nuptæ, qua pœna puniatur? dic quod aut sumus ĩ foro cõscientiæ, & Laicus subiicitur pniæ septẽnali Clericus uero decẽ annis pœnitebit 83. dis. presbyter. 27. q. 1. deuotam, & 33. q. 2. hoc ipsum, ubi dr ꝙ clerici sicut laici hodie illi septẽnali pniæ subiiciunt. De iure uero canonico in foro cõtentioso laicus ꝓ isto crimine excõicatur. Clericus uero deponit. hr in c. si quis eps. 27. q. 1. idem tenet gl. in c. lator. 2. q. 7. quam sequitur ibi Arch. & refert idem tenere Goffr. in c. ut clericorum. de uita. & hone. cle. & Bernar. & Laur. ibi, & idẽ tenet gl. in c. si quis omnem 1. q. 7. quæ expresse dicit ꝙ pro adulterio uel incestu est pœna depositionis. Idem ẽt tenet Ioan. de Ana. in rub. & in c. ut signãuit, extra de adul. Panor. & ceteri Mod. in d. c. ut clericorum, & in c. ꝓuenit, de adult. & clarius, & copiosius in c. at si clerici. de iud. & hanc opinio. dicit Io. de Ana. in d. c. significauit, qđ tenet Ioan. And. & Ioan. de Imol. ꝑceptor suus in d. c. ut clericorũ. ubi ipse, dicit ꝙ ista est cõis opinio, pro qua facit gl. cõiter approbata in c. Maximianus, 81. dist. in quibus iuribus in effectu concluditur ꝙ pro simplici fornicatione hodie non est pœna depositionis in clerico, sed dũtaxat suspẽsionis, ꝓ adulterio uero aut incestu est pœna depositionis. qbus sup addo tex. in c. si qs sacerdos 30. qõ. 1. ubi dr ꝙ sacerdos pro graui adulterio deponit. & ratio potest esse ista ẽm quod dicit Salyc. in l.

2 q̃uis la 2. C. de adult. † quia per adulterium quis uĩ committere sacrilegium, ex quo uiolat matrimonium quod est sacrm ecclesiæ c. debitum de bigamis, per læsionem igit istius sacri committitur sacrilegium, ut late diximus supra eo. tit. q. 1. & ideo lex ciuiles appellat adulteriũ sacrilegiũ nuptiarũ, merito mandat illum gladio puniri d. l. quamuis, in fine. sed credo ꝙ dicat improprie sacrilegium maxime de iure, ciuili quia licet mrimonium sit sacrm, tñ nulla res sacra corporaliter tangitur, deuastatur, corrumpitur, aut asportatur, ut dicit Bart. in d. l. diuus. ad l. Iul. pec. & hr in d. l. sacrilegi in princ. eo. tit. & late

3 diximus supra eo. d. quæst. princ. † Sed aduerte, ꝙ ista opinio, ꝙ clericus pro simplici adulterio debeat hodie deponi, non uĩ uera neque iure probari. nullus. n. textus allegatus pro ista opinione probat ꝙ clericus pro simplici adulterio deponat, contra quam arguo primo ꝑ tex. in c. signauit. de adulteriis, ubi clericus q imputabat adulterio contra quẽ mulier ipsa q passa fuerat adulterium deponebat, & erat iã orta infamia cõtra ipsum clericũ Pontifex ibi mãdat iudici ecclesiastico ꝙ dicto presbytero indicat purgationem, in qua si dictus presbyter defecerit, mandat

4 illũ dre suspendi, & non deponi. † Et clarum est, ꝙ quotiescunq; aliquis deficit in purgatione sibi iniuncta, debet puniri eadẽ pœna qua puniri debebat crimine plene ꝓbatio, ut in c. accedẽs, de accusatio. & ꝑ Host. ĩ summa de adulter ĩ prin. Ergo sequit, qđ pro isto crimine plene probato, nõ dẽt imponi maior pœna suspẽsionis. Pro qua opinione adduco ẽt tex. in c. at si cler. de iud. in principio & §. de adulteriis, ubi dr ꝙ pro homicidio, furto, & aliis maioribus criminibus, in quibus clericus uenit deponẽdus, eps dispensare nõ

5 potest. † De adulterio uero, & aliis minoribus criminibus sicut est stuprũ, simplex fornicatio, & similia, Eps ab libitum suum cum clerico pœnitẽte dispẽsare poterit, deinde ponitur rõ quare eps in maioribus criminibus in qbus fit depositio, dispensare non potest nec illos sic cõdemnatos ad libitũ suũ tradere curiæ seculari, quia semel per sñiam illam depositionis, q̃ est perpetua priuatio ab altaris ministerio, ut dicit Abb. in d. c. ut clericorũ, & in d. c. at si clerici. semel functus fuit officio suo, neq; põt amplius illã reuocare seu quouis modo moderari, ut in l. iudex postq̃. ff. de re iud. & d. c. at si cler. §. de adult. in fine. qđ non est sic in pœna suspensionis q̃ fit ad tps arbitrio iudicis, ut dicam infra eo. q̃stio.

6 octaua. † Ex quo textu manifeste probat, ꝙ adulteriũ cõnumeratur ĩter minora crimina, dũ dicit ibi tex. de adulterio, & aliis minoribus criminibus, & c. ex qbus uerbis demonstratur æqualitas in ordine, & qualitate ẽm Bal. in l. ea qdẽ, C. de accus. & no. in l. nomen, in fi. ff. de lega. 3. & ꝑ Bart. in l. cũ pr. §. dulcissimus, ff. de leg. 2. & est gl. no. in d. c. at si clerici. §. de adult. in uer. minore. q̃ hoc idem tenet Tertio hoc ꝓbo per tex. in d. c. 1. clericorum, in prin. ubi clericus pro pctõ commisso contra nãm. s. per sodomiam, patitur pœnam depositionis, quod est maximũ omnium criminum quæ carnaliter comittuntur 32. q. 7. c. adulterii malum, & c. flagitia. & 33. q. 2. hoc ipsum ergo in adulterio, & aliis

aliis minoribus criminibus minor pœna esset infereda, iuxta.n. qualitatē facti, & personarum cōdōnem iudex debet augere, uel minuere pœnā, ut dicit tex. in d. c. ut clericorū, in 2. rñso. & in c. sicut dignū de homic. † Ratio est, qa pœna debet cōmensurari delicto, ut ꝑ paruis parua, pro maioribus uero grauior pœna inferat, qd' manifeste demonstrat ex illis uerbis dum dicit tex. ꝙ clerici qui deprehēsi fuerint incontinentiæ uitio laborare, ꝑut magis aut minus peccauerint puniant. Idem dicit Panor in d. c. ut clericorū, in ult. no. Ergo pro adulterio qd' est de minoribus criminibus, ut supra cōclusum fuit debet imponi minor pœna depositione, puta suspensionis, argō eorum quæ hñr in c. fraternitatis. 34. dist. pro qua opinione facit illa ratio de qua in c. uergentis, de hęret. sumpto argō à contrario sensu. ꝙ † ubi minor est culpa, ibi leuior debet esse uindicta, si .n. pro sacrilegio, incestu, nefario coitu, sodomia, & similibus maioribus criminibus iura imponunt depositionē ꝑ iura superius adducta, quare nō est dicēdū qd' pro adulterio, & aliis minoribus sequacibus criminibus nō sit imponēdæ minor pœna ab ipsa depositioue certe nullā uideo rōnem in contrariū. Quæ qdē opinio, in ueritate uī esse ꝓbabilior de iure, & magis æqua, eo maxime, quia hodie rarissimi sunt clerici q possint seruare rīam continētiæ, & castitatis, & ideo ꝑꝑ fragilitatē humani gñis indictū est. ut clerici nō deponantur ꝑ quocunq; crimine, sed ꝑ minoribus suspendat qñ sunt in sacris d. c. fraternitatis, 34. dist. Et tenēdo istā opinionē de facili rñderi pōt ad iura pro cōtraria opinione adducta. & primo nō obstat tex. in d. c. lator. 1. q. 7. qa non dicit ibi tex. ꝙ clericus ꝑ adulterio deponat, sed dicit, ꝙ ꝑ delicto corporali fit depositio, unde aut nos uolumus intelligere illū tex. ſm ius antiquum, & pōt esse uerū ꝙ pro omni peccato carnali ēt pro simplici fornicatione, q minus est inferebat depositio, ut d. c. fraternitatis. 34. di. aut nos loquimur. de iure nouo, & ille tex. non ꝓbat illud ad qd' inducit, qa debet intelligi de pecatis carnalibus maioribus, ut hr in d. c. ut clericorum, in princ. & 32. q. 7. adulterii malum, & c. flagitia. & 27. q. 1. si quis eps. † Pro adulterio uero, & aliis minoribus criminibus inferēda erit minor pœna ut æqualitas seruet in omnibus ſm cuiusque proportionem d. c. ut clericorū, in 2. rñso. unde succedit regula illa de qua in l. nō hoc. C. unde cogn. & in l. naturales, & ibi Bald. C. de ꝓb. Secundo, non ob. tex. in d. c. si quis oēm, 1. q. 7. quia dupliciter pōt ad illum tex. rñderi. Primo, quia non loquit de adulterio, sed de fornicatione. unde si uolumus illū intelligere de simplici fornicatione, ꝑut est species coitus cū meretrice, uel concubina, aut alia muliere impudica, & isto casu loquēdo ſm ius antiquū bene loqtur quo iure fiebat depositio ꝑ hac simplici fornicatione, ut d. c. fraternitatis, 34. dist. & supra pluries dictū fuit, aut loquit de fornicatione ꝑut est genus cōprehēdēs sub se omnes species coitus, & isto casu illa pœna uerificari pōt in maioribus criminib. nō aūt in minoribus d. c. ut cler & supra proxime diximus, & ideo dici non pōt, ꝙ ille tex. cōcludat necessario de adulterio, & aliis minoribus criminibus hinc est ꝙ succedit regula pdicta de qua supra, & in d. l. non hoc. C. unde cogna. Tertio, non obstant ea q dñt per Ioan. And. Imo. Abb. Ioan. de Ana. & alios Doct. de quibus supra, qa illorū intentio in qōnibus pdictis principalr fuit uelle demonstrare ꝙ pro simplici fornicatione hodie infert suspēsio, nō priuatio. † Vbi aūt dñt, ꝙ ꝑ adulterio, & incestu infertur pœna depositionis, fateor ꝙ bene dñt qñ illa duo sunt simul cōiuncta, ꝑꝑ incestum qd' est maius crimen, sed non dñt expresse, nec apparet ꝙ uoluerint clericū ꝑ simplici adulterio deponendū esse, & quatenus hoc dixissent locuti fuissent sine lege cōtra l. illam, C. de colla, & §. si cōsideremus, in auth. de trien. & semis. Quarto, nō obstant ēt gl. illæ q allegant pro alia opinione, ꝙ ita interpretant illa iura sic gñalr loquens, quia non sunt legibus approbatæ, merito non faciunt fidē, maxime in uia disputatiua. Quinto, nō obstat tex. in d. c. ut clericorū, qa non exprimit ibi in aliqua parte ipsius tex. ꝙ pro adulterio inferat depositio, sed in principio tex. locutus fuit specialr de crimine contra nām, qd' fit ꝑ sodomiā, & dedit pœnā depositionis deinde fecit gñalem dispōnem tam respectu criminū q pœnarū q inferur pro criminibus carnalibus, & demum concludit, ꝙ pœnæ sunt commensurandæ delicto, ſm plus uel minus, quod apparet ibi dū dr, quod clerici qui incontinentiæ uitio reperti fuerint laborare, ꝑut magis uel minus peccauerint puniantur, & isto modo declaratus ille

tex.

tex.potius facit pro ista opinione, q̃ contraria. Non obstat ẽt, c. si quis sacerdos, 30. q. 1. quia ibi non loquitur text. de simplici adult. sed de adulterio mixto cum incestu. quod patet, q̃a ibi ille sacerdos coitũ habuerat cum filia spũali, q̃ erat sibi agnatione spũali cõiũcta, ut in cap. 1. & 2. de cogn. spiritu. ideo grauius punitur ꝑ incestum ẽm Bart. & Doct. in l. si adulterium cũ incestu. ff. de adulteriis. Nõ obstat ẽt illud qđ dixit Salyc. in d. l. q̃uis la 2. C. de adult. dum uult. 11 † Quod per adulterium committatur sacrilegiũ, ex quo læditur sacramentum matrimonii d. c. debitum, de bigamis, q̃a licet dicatur sacrilegium largo mõ & improprie dicitur sacrilegium non aũt ꝓprie, & stricte, quia in ueritate nulla fit læsio rei corporali, uel ꝑsonæ sacræ, prout requiritur de iure ciuili ẽm quod declarat Bart. in l. sacrilegi. in prin. ff. ad l. Iul. pecu. & Bald. in l. 3. C. de furt. & per Azo. in summa eo. ti. prin. ideo non dr̃ proprie sacrilegium, nec pœna sacrilegii ibi cõmittatur d. c. significauit, de adult. Et ꝑ ista remanet firma supradicta cõclusio, ꝙ clericus pro simplici adulterio non deponitur, sed suspenditur, q̃ de facili iudicio meo sustineri põt in pũcto iuris, & est æqor & probabilior ꝑcedenti, ideo uidereẽ potius esse seruanda q̃ præcedens, q̃ uidetur esse nimis rigorosa 83. dist. c. presb. & 34. dist. c. fraternitatis. Nihilominus in consulendo, & iudicando tutius est tenere aliã opi. q̃ est cõis. quia in decisiuis à cõi opin. nullatenus est recedendũ ẽm Bal. in l 1. C. de edi. diui. Adria. tol. & in l. 1. C. de pœna iudi. qui male iudi. Alex. in l. q̃ Romę. §. duos fratres ff. de uerb. obl. & in l. prolatam C. de sent. & interlocu. omnium iudi. & per Abb. in c. canonum statuta. in fi. de const. ubi ponit nonnullas exceptiones in quibus licet q̃n que recedere à cõi opinione, & hanc sequerer in iudicãdo. 12 † Ex quo nota ꝙ sacerdos siue clericus in sacris ordinibus constitutus, ꝓ simplex adulteriũ qđ commiserit deponi põt, & ꝑpetuo ab altaris ministerio remoueri. ẽm quod declarat Pan. in d. c. at si clerici. in prin. in ult. no. quod not. contra istos presbyteros incontinentes qui alienas uxores sæpius solicitant, & ad illarũ concubitum libenter accedunt, ꝙ poterunt deponi, & secuta continuatione omnino priuari. d. c. ut clericorũ, & c. at si clerici. De iure aũt ciuili aut iste concubitus fuit habitus in forma matrimonii, aut in actu fornicationis. Primo casu, aut cõtraxerũt sciẽter aut ignorantia, si scienter utrinq; de adulterio, uterq; punitur, si uero alter tm̃ sciebat, illle qui erat cõscius puniẽ alter nõ, statim dissoluiẽ matrimonium, & oĩa bona q̃ sciens ignoranti donauerat uel in dotẽ dederat perdit. l. cũ qui duas, C. de adul. & l. q̃ cõtra legũ, & ibi gl. & Doct. C de incest. nuptiis. Fallit tñ q̃n ambo, uel alter erat minor. quia sibi parcitur rõne minoris ætatis d. l qui cõtra legẽ, in fi. ꝑ Bar. in d. l. si adulteriũ cũ incestu. si uero ignorabat mulierẽ, aut uirũ esse coniugatũ, excusaẽ ẽt maior, dũmodo incontinenti habita notitia de impedimento se ab illa separauerit, alias si post cũ eadẽ permanserit non excusaẽ à pœnis ꝑdictis, d. l. q̃ contra legum, in fi. 13 † Si uero illã cognouit in actu fornicationis aut scienter, q̃a sciebat illã esse nuptã, & teneẽ de adult. maxime si erat mulier honestæ uitæ. l. 1. & l. q̃uis, la 2. C. de adulr. si uero ignorabat & silr̃ punitur de adulterio, q̃n mulier erat honestæ uitæ, nec excusaẽ isto casu ꝑ ignorantiam facti, ꝙ putabat illã esse solutam, q̃a quotiescunq; q̃s dat operam rei illicitæ à prĩcipio nõ attendiẽ animus illius adulterantis, & qđ erat in eius opinione, sed illud qđ est in ueritate, ita dicit Bar. in d. l. si adult. cum incestu, & dixi supra tit. proximo q. 12. Prædicta tñ limitanda sunt non procedere q̃n mulier erat impudica, uel meretrix, quia talis concubitus est permissus à iure l. uerum, in fi. & ibi Bar. ff. de furti. l. 3. & ibi Barth. ff. de cond. ob turpem cau. & l. 2. C. de concu. De iure tñ canonico non euaderet impunis ẽt ꝙ mulier esset impudica aut meretrix quia de illo iure nullus coitus extra uxorium ex permissus 32. q. 4. meretrices. 14 † Sed quæro nunc si uir coniugatus habuit coitum cum muliere soluta, an ex isto coitu oriatur stuprum, uel adulterium? Dic breuiter, ꝙ de iure ciuili dicitur esse stuprum ut l. 1. & quod ibi not C. de adul. quia ius ciuile cõsiderauit læsionẽ thori cõiugalis, & sanguinis ꝑ cõmixtionẽ uxoris duntaxat, non aũt uiri. d. l. 1. de iure tñ canonico secus, q̃a siue per uirũ siue per uxorẽ uioleẽ thorum coniugale per alienos amplexus dicitur fieri adulterium 34. q. 3. nemo. & c. dicat, & per Abb. in c. transiuisse, de eo qui cogno. consang. uxo. suę in ultim. no. & in c. fi. de adult. Iterum quæro, quid si aliq̃s coitũ carnis hmõi habuerit cũ muliere quæ olim fuerat meretrix. nunc autem est coniuncta,

qua pœna puniantur, an de adulterio, uel simplici fornicatione Rñdeo, aut loquimur de iure canonico in foro ecclesiastico, & mulier erat iam effecta honestæ uitæ, & ecõuersationis, omnesq. turpes, & inhonestas cõuersationes euitauerat, & sic cœperat hr̃e nomẽ honestæ matronę siue matrisfamilias, & coitus habitus cum illa erit punibilis de adulterio, ac si nunq̃ fuisset meretrix, ut l. q̃ adul. ĩ prin. & q̃ ibi no. Bal. & Saly. C. de adulteriis, non replico amplius noĩa pœnarum, quia satis plene dcm̃ est supra. Aut iam cœperat iterum meretricari, & reuerti ad ueterem impudicam uitam, & isto casu non punitur de adulterio, sed de simplici fornicatione, q̃ silr̃ est punibilis de iure canonico 21. q. 3 dicat aliquis. c. seq. & c. meretrices, & dicemus infra q. seq. cuius pœna erit solum suspensio in clerico hodie. c. fratern. 24. dist. & late diximus 15 supra ead. q. † Laicus autem excõicatur quocunque modo illam cognouerit, aut in actu fornicationis, aut in forma adulterii, ut c. 2. de adult. 27. q. 1. si quis eps, de quo et̃ diximus supra. De iure aũt ciuili si dicta mulier sit honesta, & retinet nomẽ matrisfamilias, erit pęna adulterii ut d. l. q̃ adul. & ibi Bal. & Saly. Hoc. n. nomen matrisfamilias de iure hẽt tria sigñata ₰m gl. in d. l. q̃ adult. primo. n. sigñat, & demonstrat mulierem quæ non uiuit meretricio more sed honeste, & morigerate. Secundo, pro ea q̃ filios hẽt ut ff. de lib. exhi. l. deinde. Tertio pro ea q̃ est sui iuris, sed Saly. ibi dicit ꝙ et̃ ea q̃ est in ptãte non amittit nomen pdictum, uide ipm in d. l. q̃ adult. 16 † Si uero inhoneste, & meretricio more uiueret, illius coitus de iure ciuili erit impunibilis tanq̃ coitus cõcubinæ l. 1 & 2. C. de concub. & ꝑ Bar. in l. uerum. in fi. ff. de fur. & l. 3. ff. de cond. ob turpem cau & est tex. no. in l. si ea. n. C. de adult. & d. l. quæ adult. in fin. ubi dr̃ ꝙ coitus habitus cum famula, & uili ꝑsona non merer̃ puniri ꝑꝑ utilitatem ꝑsonæ, siue potius utilitatem condõnis suæ, ꝓut sæpius accidit in istis hospiciis ubi sunt famulæ q̃dã ita uulgares ꝙ hr̃ tanq̃ meretrices, & cum plurib. & diuersis personis solent hr̃e commercium, uide tex. ibi in fin. & Saly. & eũdem Saly. magis clare, & in terminis in d. l. si ea, per tex. in l. si uxor. §. siue, uer. sed & in ea. 17 ff. ad l. Iul. de adul. † Sed quæro quid si aliqua mulier commisit adulterium cũ aliquo uiro cum quo post mortem mariti sui matrimoniũ contraxit an poterit accusari de adul. hmõi post secundas nuptias contractas, & uideret̃ dicendum ꝙ non, quia quemadmodum filii primo nati per subseq̃ẽs matrimonium legitimantur, & restituũtur natalibus, ut in cap. 1. de eo qui dux. in matri q̃ pol per adulterium, &c. ꝑ uenerabilẽ. & ibi Doc. qui filii sint legi. lex tñ dicit contrarium, ꝙ ipsa mulier poterit accusari, & puniri de adul. qđ ante contractum istud ₰m matrimonium cũ eod. uiro commiserat, ita dicit tex in l. commissum C. de adul. Vlterius quęro, si quis carnaliter cognouerit concubinam alterius, q̃ indubitato effectu per unũ in domo sua dũtaxat retiner̃, an ille qui illã stuprauit debeat puniri, & qua pœna, & uidebat̃ dicendum ꝙ non, ex quo honesta mulier dici non põt, q̃ nõ ueri mariti patit̃ amplexus. tñ breuiter dicas contrariũ esse uerũ, quia debet puniri de adulterio ex quo cum illo uiro honeste uiuendo. † hoc est, q̃a non recipit plurium amplexus, dicit̃ honeste uiuere, nec ꝑdit nomen honestæ matronę, ut dicit gl. in l si uxor. in pri. in uer. cõcubina ff. de adul. & l. stuprum. ff. de ritu nup. & iste est tex. in d. l. si uxor. in princ. ff. de adul. ubi dicitur ꝙ uiro q̃ tenet dictã cõcubinã competit accusatio cõtra illũ adulterum non iure mariti, sed iure extranei, ita dicit, ibi text. gl. tñ uariauit in pœna, primo. n. dicit ꝙ tenet̃ de stupro, deinde dicit, ꝙ tenet̃ de adulterio, Bart. tñ tenet ibi opin. illam ꝙ de stupro puniat̃, & nõ de adulterio, q̃a adulterium ꝓprie nõ cõmittitur nisi cum muliere nupta, uide Barth ibi. credo aũt, ꝙ coitus iste improprie, & largo modo loquẽdo dicatur adulterium, sed in pœnis imponẽdi non debemus attendere impropriam, & largam sigñonem, sed propriã, & strictã, & maxime qñ ꝑ illam propriã sigñonem fit diminutio pęnæ, quia in dubiis, &c. l. de interpretatione & l absentem. ff de pœn. c. quod in dubiis. de 19 reg iur lib. 6. cum si. † Quæro nunc ponamus ꝙ Pamphila sit nupta Sẽpronio, & tpe istius matrimonii commisit adulterium cũ Caio, deinde mortuo Sempronio, ista Pamphila deuenit ad secundas nuptias, & nupsit Titio, quærit̃ nunqd Titius poterit dictã uxorem accusare de adulterio illo qđ cõmiserat tpe primi uiri, & uidet̃ dicẽdũ ꝙ sic, maxime si nondũ erat elapsum quinq̃ẽniũ. l. q̃nq̃ẽniũ. ff. de adul. In cõtrarium tñ est ueritas ꝙ illam accusare non põt de adulterio cõmisso

ante

ante tempus sui matrimonii l.si uxor. §.si qs uxorē suā.ff.de adult.& nō pōt esse ista,qa ꝑ illud adulterium alias cōmissum nulla fuit illata iniuria thoro cōiugali ipsius secūdi mariti,nec ꝑ illud dr̄ uiolatū dcm̄ cōiugale thorum.Idem dicēdū est de stupro,si mulier dū esset uirgo aut uidua stuprata fuerit ab aliquo,& postea nupserit,non pōt maritus illā accusare de stupro,nec ēt illū stuprantem ꝑ crimine cōmisso cū muliere anteꝗ̄ esset sua uxor,qa tunc nulla fuit sibi illata iniuria,qa nullū ius habebat in ea,ut d.l si uxor.§.si qs plane.Secus aūt si ea mulier erant spōsa,qa tūc poterit bene uir aut ꝙ sit spōsus ante cōsumationē mr̄imonii aut postꝗ̄ cōsumauit mr̄imonium,dcm̄ stuprantē,& mulierē quoque accusare de stupro,& ꝓseq iniuriā suā. d.l.si uir.§.si minor.in fi.eo.tit. [20] †Idē ēt dicendū est de eo q cōcubinam despōsauit,& accepit in uxorem,ꝙ nō poterit aliquē accusare iure mariti de stupro cū ea cōmisso tpe cōcubinatus sui,& iste est tex.ī d.l.si uxor.§.si qs uxorem,uer.qđ etenī̄ ff.ad l.Iul.de adul.oīa bene not.qa sunt utilia,& cōtingibilia sępe.

1 *Stuprum quid sit,& qualiter puniatur qui stuprū perpetrat.*

2 *Clericus fornicationem simplicem committens,qualiter puniatur.*

3 *Clericus pro stupro in uirginem commisso,pecuniariter punitur iudicis arbitrio.*

Laicus uirginem deflorans,eam dotare,& uxorem ducere tenetur.

4 *Stuprum cum libera,& conditionis honestæ commissum,punitur confiscatione dimidiæ partis bonorum.*

5 *Copula carnalis habita cum concubina alicuius non punitur de iure ciuili.*

Stuprum cum mulieribus turpiter uiuentibus eque committitur at non eque punitur.

6 *Coitus omnis extra matrimonium est reprobatus,& punibilis.*

Virginem deflorans impuberem,& uiri impotentem qualiter puniatur.

7 *Tutor deportatur bonis publicatis qui eam cuius tutelam gessit stuprauit.*

Mulier nobilis familiæ seruo proprio se carnaliter commiscens,capite punitur,& seruus igne crematur.

1 SEptimo uidendum est de stupro quod est alia species fornicationis, qđ cōmittitur cum soluta muliere honeste uiuente l.inter liberas.& l.stuprum.ff.de adult.& §.item lex Iul.inst.de publ.iudi.Quæro igr̄ nunc q̄ est pœna istius criminis?Dic q in foro cōscientiæ clericus olim deponebatur de iure antiquo.ut 83.distin.presbyter,qđ erat ſm Canones apostolorū.Idē seruatur ī simplici fornicationem,ut latius infra dicet̄ hodie uero imponit sibi pnīa decem annorū,cum illis ieiuniis,disci pulis,& pœnitentiis,de ꝗbus in d.c.presbyter.Laicus aut hēt pnīam septem annorū 27.q.1 deuotam.& 23.q.2.hoc ipsum, ubi dr̄,ꝙ clerici ēt hodie non excedunt metā septem annorū in pnīa prædicta.In foro aūt contentioso de iure canonico,dic quod clericus pro isto crimine deponit̄,ita tenet Pan. in c.at si cler.de iud.& in d.ca.ut clericorum, de uita,& honestate cler.& in c peruenit.in fi.de adulter.ubi in effectu concludit, [2] †quod clericus in sacris solum euadit pœnam depositionis qn̄ committit simplicem fornicationem cum muliere soluta,& impudica concubina,seu meretrice,tunc non infertur illi alia pœna quam suspensionis,ut ibi plenius per Abb.pro aliis uero criminibus carnalibus,excepta solum hac simplici fornicatione est pęna depositionis.ut hr̄ 84.dist.presbyter,2.q.7.lator.80 di Maximinianus,ꝗ̄uis etiam pro ista simplici fornicatione cōtinuata a qua clericus si post primā,uel secundam monitionē non diuertit poterit deponi,atq; priuari, ut in c.ex parte Adæ.de testibus.& in c.eum super de cohabita.cleric.& mulie.Si uero ista fornicatio non esset amplius simplex,sed haberet adiunctam aliquam qualitatem,seu accidens.puta adulterii,stupri,incestus,& similium.tunc esset pœna depositionis ita dicit Abb.in d.ca.at si clerici.in 13.col.& in d.cap.peruenit.Idem ēt tenet̄ ur Io.de Imol. in d.cap.ut clericorum.ut refert Ioa.de Ana. in rubric.& in cap.significauit,de adult.Cū tn̄ ista sit cōis opinio,ꝙ pro stupro fiat depositio a qua in decisiuis non esset recedendum ut supra dixi,tamen si quis uellet tenere contrariam opinionem facile posset per ea quæ supra proxime diximus in præcedenti qō. [3] †Et dicit ēt Abb.in d.c.ut clericorum.ꝙ pro stupro in uirgine commisso.iudex ecclesiasticus poterit imponere pœnam pecuniariam clerico arbitrio suo,ultra alias pœnas spirituales,qn̄ illæ non sufficerent, qa illas non timeret,quas pœnas si non solueret luet in

corpus arg.l.1.§.fi.ff.de pœn. & non sufficit solum dotare mulierem stupratam, qa ultra dotem tenetur ẽt soluere pecuniariã aut corporalem pœnã, ita dicit Abb.in d.c.peruenit. de adul. Laicus aũt de iure canonico si uirginem deflorauit, teneť illam dotare, & in uxorem ducere, si non erat uxoratus. & his duabus pęnis copulatiue punitur. Si uero nollet aut non posset ꝑꝑ aliqđ impedimentũ illã ducere in uxorem, ultra pęnam dotis cõstitutæ teneť alia pœna pecuniaria, siue extraordinaria arbitrio iudicis, ut dř in d.c.1.& c.ꝑuenit.de adulr.& ibi Abb. si uero cum uidua honeste uiuẽte stuprum commiserit, punieť pœna pecuniaria arbitrio iudicis iuxta qualitatem facti, & ꝑsonarum cõdõnem d.c.1. de adul. ubi latius ꝑ domi. Abb. & idem Abb. in d.c. ut cler. in 12. col. & idem Abb. in c. licet. de pœni. 4 † de iure aũt ciuili pro stupro commisso cũ muliere libera, & honestæ cõdõnis & famæ, si uir sit honestæ cõdõnis aut ĩ dimidiæ partis bonorũ suorũ cõfiscatione, & relegatione tꝑali arbitrio iudicis pũiť, si uero sit uilis ꝑsona fustigať. & nihilominus in exiliũ mittiť, ut supra ita dicit tex. expresse in §.itẽ lex Iulia. inst. de publ. iud. & ista est pœna regularis, q̃ tñ fallit in pluribus casibus in qb. alia pœna imponiť. Et primo qñ mulier non esset libera sed serua, quia tũc dať dño actio legis aquiliæ, iniuriarum, aut de seruo corrupto l.inter liberas. & ibi Bart. ff. de adul. l. fin. ff. de off. ꝑsid, & l. penult. C. de ser. corrup. Secundo fallit licet sit mulier libera, tamẽ si est famula, aut alias uilis conditionis existens in caupona, hospitiis, aut alis similibus abiectis locis, hñti rem carnalem cum mulierib. uilis cõdõnis non imponitur ista pœna, sed teneť actionẽ iniuriarum ꝑꝑ utilitatem personæ l.q̃ adulr. & ibi gl. & Bart. C. de adult. & Bart. in d.l. inter liberas. 5 † Tertio fallit in concubina retenta in domo, & indubitato affectu, qa licet cum illa hře cõcubitum de iure ciuili absq; aliqua pœna, l.2.C. de concub. & no gl. in l. stuprum. & in l. inter liberas, & ibi gl. & Bart. ff. de adulteriis. Quarto ẽt fallit in publica meretrice, uel in alia muliere impudica, q̃ plures admittere solet ad eius amplexus, licet secrete agat. qa non dř honeste uiuere, ꝑut requirit illa lex Iulia de adulteriis cap. 3. d. §. item lex Iulia & ibi Ioan. Fabr & per Bar in l.3. ff. de cõdõ. ob turpem cau. ubi concludunt Doct. prædicti, quod tunc mulier ipsa ꝑdit nomen, & famam honestæ matronæ. Contra hæc oppo. de l. stuprum ff. de ritu nuptia. ubi dř ꝙ stuprum cõmittiť ẽt cũ mulieribus q̃ turpiter uiuunt, & à pluribus quæstum accipiunt, dummodo id non palã faciant. Sol. non negatur quin cũ mulieribus ipsis stuprũ committatur, qa mulier soluta est, & libera persona, sed delictum non est punibile cum eis factum de iure ciuili ꝑꝑ inhonestam uitam, licet non sint publicæ meretrices, tamen ex quo plures fornicantes admittunt, & personam suam pluribus exponunt, dico ꝙ accessus ad illas est impunibilis, quia non dñr honeste uiuere, ut requirunt iura, in d.l. inter liberas, & l. stuprum ff. de adult. & d. §. item l. Iul. 6 † De iure tñ canonico oĩs coitus pręter uxorius siue matrimonialis est reprobatus, & punibilis 32. q. 2. nemo, & c. meretrices. Fallit etiam, & quinto regula prædicta, qñ quis hřet coitum cum uirgine impubere minore 12. annis, nondum uiri potente, quia humiliores in metallum damnantur, honestiores uero in insulam deportanť l. si quis aliquid. §. nodum. ff. de pœnis. qđ not. quia hodie ista pœna non inueniť correcta, neq; immutata, ita dñt Doct. in d. §. item lex Iul. ibi gl. tangit. 7 † Sexto ẽt fallit dicta regula in tutore qui pupillam cuius tutelam gessit stuprauit, qa tutor deportatur, & oĩa eius bona publicanť l.1.C. si qs eam cui tut. gess. stu. Rõ est quia tutor datur loco patris personæ principaliter ad illam nutriendum, & bonis ac honestis moribus instruẽdũ, non autem ad stuprandum l.2. ff. de adminiſt. tut. & inst. eod. tit. in princ. & de tutel. in princ. Septimo, & ult. fallit in muliere nobilis familiæ q̃ seruo ꝓprio se carnaliter commiscuit, quia mulier puniť pęna capitis, seruus aũt igne ꝑibit l.1.C. de mulie. q̃ seruis prop. se iunxe.

1 Coitus contra naturam habitus triplex reperitur, & qualiter punietur.
2 Coitus cum brutis habitus qualiter de iure canonico puniatur, & qualiter in foro contentioso, & in conscientiæ & num.3.
4 Coitus cum brutis punitur pœna capitis.

1 OCtauo quæro, quid de coitu † habito contra materiam, dic quod istud ex triplex. quoddam.n. est quod fit contra naturam humanæ societatis, & illud est quod fit cũ propria matre, uel filia de quo dcm̃ est supra co.

tit.q.

tit.q 2. Aliud est qđ fit contra naturam sexus humani, quod est qñ fit cum masculo, ut l. cũ uir. C. de adult. Aliud est qđ fit cõtra nãm generis humani, & illud est quod fit cũ brutis c. ut clericorũ de uita, & honesta. clericorũ, in prin. uide quæ diximus supra eo. tit. d. q. 2. & hr in c. ut clerici, de exces. prała. 32. q. 7. adulterii. & c. flagitia. & 33. q. 2. hoc ipm, in fi. d. l. cum uir. & l. fœdissimam. C. de adult. † Pro isto. n. crimine de iure canonico. s. antiquo, & in foro conscientiæ, tam in clerico, quam in laico pœna est parificata, iniungit pnia tẽporalis ultra septennium arbitrio sacerdotis, ut extra gremium ecclesiæ, & communionẽ fidelium, ultra illud septennium, tam diu commoret donec de crimine ipso congruam egerit pniam arbitrio sacerdotis, nunq̃ se in diuinis commiscendo, ut d. c. hoc ipsum. † Sed de iure canonico in foro contentioso, in clerico erit ꝑpetua depositio ab altaris ministerio, ab omni ordine sacro, ac oĩum beneficiorũ, & officiorũ ꝑpetua priuatio, ut est casus in d. c. ut clericorũ, in prin. de uita, & honesta. cler. & ibi Abb. & c. clerici de exces prała. si uero si laicus excõicatur, & à cœtu fidelium omnino expellitur. d. c. clerici. in fi. † De iure autẽ ciuili ꝑ isto crimine est pœna capitis l. cum uir. C. de adult. contra quod crimen, & eius reos. Imperator in d. l. cum uir. multum fortiter exclamat atq; irascit propter eius summam turpitudinem dicens, Iubemus insurgere leges, armari iure gladio contra hmõi facinorosos hoĩes, qui audent peruertere ordinem naturæ, & est adeo turpe scelus qđ non ꝓficit scire, & nephas quodammodo loq de ipso. ꝑ ꝑ quod dicit Pontifex ꝙ uenit fames, terremotus, & pestilentiæ, & primũ ira Dei in filios diffidentiæ uide tex. in d. c. ut cler. de ui. & hone cle ꝙ 32. qõ. 7. adulterii malum c. flag. & c. offerebat. Loth. & c. clerici. de exces. prała.

1 *Fornicatio commissa cum muliere soluta, & impudica: qua puniatur pœna.*
2 *Fornicatio an sit genus quoddam, diuersas sub se continens species.*
3 *Præsbyter seu clericus qualiter olim pro fornicatione puniebatur, & qualiter hodie.*
Coitus meretricius, uel alias cum muliere impudica habitus iure ciuili euadet impunitus.
4 *Forcinans scienter cum meretrice sibi agnata pœnã non euadit incestus.*
5 *Validum censetur id quod est in ueritate, potius quã id quod est in opinione.*
6 *Concubina quæ dicatur legitima ut eius filij possint dici naturales.*

Non quæro, quid de simplici † fornicatione habita cum muliere soluta, & impudica, aut cum publica meretrice, quæ publice extat parata, qua pœna hmõi crimini reus punit? dic, ꝙ de iure canonico in foro cõscientiæ ꝑ ꝑ uitium incontinẽtiæ illa septennali pñia, uel forsan minoris sacerdotis arbitrio subiicit. 33 q. 2. hoc ipsum, 22. q. 1. prædicandum. & 30. q. 7. c. adulterii. 32. qõ. 4. c. meretrices. 37. qõ. 1. c. lex illa. ubi tex. enumerat quinq; species criminis carnalis coitus quæ fiunt cũ mulieribus naturalr̃, ubi dr̃ ꝙ licet ſm quorundam opinionem, † hoc nomen fornicatio, sit nomen gñis comprehendens sub se oẽs species illiciti coitus, de q̃bus supra, & tunc dr̃ poni ut genus comprehendens sub se oẽs species p̃dictas, 22. q. 4. c. meretrices. & cap seq. & 30. q. 2. hoc ipm, prope finem. Qñque idem nomen fornicatio ponit ut species, qua cõtinetur coitus habitus per uirum solutum cũ muliere soluta, & impudica, aut cum publica meretrice, ita dicit tex. in d. c. meretrices. 32 q. 4. † De iure autem canonico in foro contentioso olim erat pœna depositionis, & priuationis, in clerico. 82. distin. presbyter, hodie tñ est minor. s. suspensionis, aut pecuniaria, ut hic arbitraria, & ꝑ Abb. in d. c. ut clericorum, in 12. col. de ui. & hone. cler. Hæc. n. quæ diximus habent locũ in clerico, laicus uero aliter punitur arbitrio iudicis, quandoque pœna pecuniaria, quandoque alia. uide do. Abb. in d. c. ut clericorum.

De iure uero ciuili iste coitus meretricis, uel alterius mulieris impudicæ est permissus & penitus impunibilis, ut l. 1. C. de concub. & ꝑ Bart. in l. uerum. ff. de fur. & idem Bart. in l. 3. in prin. ff. de conditio. ob tur. cau. Sed antequam ad ulteriora procedam non omittam notabile uerbum quod dixit Saly. in l. quæ adulterium. C. de adul. ꝙ si quis † fornicatus fuerit cum meretrice quæ erat agnata ipsius uiri coeuntis, incurrit pœnã incestus ipse uir si scienter commiscuit se cum illa, Secus aũt si ignorabat illam esse eius consanguineam, quia isto casu non punitur ẽt de incestu. ita tenet Salyc. in d. l. quæ adult. & rõ est quia uir non dabat operam rei illicitæ, sed ꝑmissæ d. l. uerũ, in fi. & ibi Bar. ff. de fur.

&

& Bart in d.l.3.in princ.ff.de cond. ob turp. cau.& l. Gracchus. C. de adul. ideo isto casu attendit potius illud qđ erat in opinione, q̃ illud quod est in ueritate.l.1.§.diuus. & l.diuus,& l.10 lege Corn.ff.ad l. Cor. de sica. qñ uero à principio dabat operā rei illicitæ tunc succedit,& uiget alia regula cōtraria,de qua ꝑ Bart.in l.si adulteriū cū incestu.ff de adul. 5 † ꝙ plus ualet illud quod est in ueritate.q̃ illud qđ erat in opinione,de quo late diximus supra tit.prox.q.11.in mā poculi abortionis, & amatorii,hęc tñ ꝓcedūt de iure ciuili,quo meretricis,& cōcubinæ coitus est impunibilis,ut supra,sed de iure canonico quo oīs cō cubitus ꝑter uxoriū dr̃ esse dānatus, 32.q.4. c.meretrices putarem habere locū secundā regulā de qua supra,& ꝙ ignorantia nō diceret ipm excusare,attento ꝙ dabat operā rei illicitæ,& damnabili cap.meretrices pro quo facit doctrina Bar.in d.l si adulteriū cum incestu,& qđ habetur in c.fi.de hom.li 6.ne excusatur ꝑꝑ turpitudinem uitæ ipsius mulieris, q̃a turpitudo illa uerū est quod excusat uerū à pœna adulterii,uel stupri, non aūt à pœna incestus quæ infertur rōne sanguinis,quia ꝑ turpitudinem uitæ illius iura sanguinis non tollunt,ita dicit ipse ibi,quem uide, & nota.

6 † Et ad ea q̃ diximus supra de cōcubina retē ta in domo,nota quod ad hoc ut aliqua dicatur legitima cōcubina,quę retineri possit impune de iure ciuili,& cuius filii dicantur ueri nāles,& succedāt patri in illis duabus unciis ab intestato,ut in authen.qui mo.na.effi.sui in prin & in fi.plura requirūt de q̄bus per do. Ioan.de Ana.in rubr.extra de adul in 2.col.

Puellæ

Puella raptori suo nubere non potest etiam de parentum assensu.

25 *Rapiens meretricem aut alias plurium concubinã an debeat puniri.*

Meretrices causa libidinis inclusas detinentes actione iniuriarum tenentur

26 *Raptor meretricis quæ meretricari desierat an puniatur acsi probam rapuisset mulierem.*

27 *Meretrix quæ non plene resipuit, sed secrete plurium amplexus admittit, tractari adhuc potest ut meretrix.*

1 DEcimo nunc est uidendum † de raptu mulieris, quod quidem est graue, & longe detestabile crimen, & iura maxime ciuilia ipsum uehementer abhorent, qđ patet ex attrocioribus pęnis quæ contra raptores ipsos eorumq. complices, & sequaces iura statuerunt ut l. unica. C. de raptu uirg. ubi patet ꝙ nedum puniunt raptores monialiũ sacratarum, uerumetiã uirginarum, laicarũ, nuptarũ & uiduarũ honeste uiuentium, ac ẽt sponsarũ mulierũ, ita ꝙ non liceat ipsi spõso ꝓpriã spõsam ex domo parentũ rapere, seu uiolẽter abstrahere, & ad eius domũ adducere, & qd de uiro rapiente uxorem ꝓpriam cũ qua cõtraxerat, & consumauerat matrimoniũ, an puniat pęnis de qb. in d. l. unica, & qd de eo q rapuit meretricẽ cã libidinis, aut concubinã seu aliã impudicam mulierem, an cõprehendat in l. prædicta ut illis pœnis subiiciatur, uel aliis, & quibus. Pono igitur primo casum ꝙ Titius armatus, & associatus Meuio, Caio, & Sempronio ingressus fuit in monasterio S. Catharinæ ex quo uiolenter una cũ sociis pdictis rapuit quandam uenerabilẽ monialẽ ꝓfessam, sororẽ Luciã nuncupatã q̃ sic raptam ex dicto monasterio extraxerunt, illamq. duxerunt ad domũ Pamphili, & dũ ipsam monialem raptã adducerent in itinere occurrerũt Tyberio, Fabio, & Pompeio q sibi præstiterunt opẽ, & auxiliũ præfato Titio, & illius sociis ad perducendũ ipsam

2 monialẽ ad domũ supra dicti Pãphili. † Quæ ritũ mõ nunqd oẽs isti sint pariter puniendi, & quibus pęnis. Rñ. ꝙ ipse Titius una cum Meuio, Caio, & Sempronio sociis in raptu pluribus pœnis subiiciunt. Et primo, ꝙ si in flagrãti crimine fuerint à parentib. cõsanguineis, tutoribus, curatoribus dñis, uel patronis raptæ mulieris deprehẽsit, pñt impune interfici, & ultra hæc capite puniunt, & oĩa eorũ bona publicant, & applicant dicto monasterio ex quo mon alis rapta reperit, uel in quo professa erat l. unica. C. de rap. uir. qb. pœnis nedũ ipse, & eius principalis, uerũ etiã Meuius, Caius, & Sẽpronius eius socii, & adhæretes, & q in ipso raptu iteruenerũt, & dicto Titio opẽ, & auxiliũ pstiterũt, puniuntur & ꝑpetua oẽs notant infamia. d. l. unica. uñ

3 Bal. in d. l. unica. super isto uerbo dicit. † nota ꝙ dña est inter socium, & sequacẽ. qa socius est ille q principaliter uadit ad maleficiũ ꝑꝑ se, & sic pro interesse suo. sequax uero est ille q uadit ꝑꝑ aliũ, & ꝓ alterius interesse. ut habere in cle. 1. de pœ. ubi ẽ gl. no. q̃ declarat qs sit socius. qs sequax, & qs ille q dat consiliu, auxiliũ, uel fauorẽ, & qs illorum dicitur grauius delinquere, & maiori pœna dignus existat. Item nota ſm eundem Bald. ibi, ꝙ eo ipso ꝙ qs associat aliquẽ ad actũ aliquẽ, uidet sibi dare auxiliũ, absq; eo quod aliqd faciat ĩ eius fauorẽ qđ est uerũ dicit ipse de auxilio fauoris, non de auxilio facti, qñ nihil fecit. nã per hoc ille q associat ꝑꝑ associantis pñtiã fit audacior, & eius aduersarius efficitur timidior. Ex quo inferet qđ si Caius armatus associauit Titium ad insultandũ, uel occidendũ aliquem, licet ipse Caius nihil fecerit, sed solũ institit ibi pñs armatus dicitur dedisse auxiliũ, & fauorẽ dicto Titio, rõne pdicta, qa ex ipsius pñtia Titius insultans fit audacior, insultãs uero efficit timidior, & hoc tenet Bald. in l. raptores, in 2. colum. C. de epis. & cle. & Saly. in d. l. unica C. de raptu uirg. Adde Soz. in cons. 157. incip. cõsultatio, uer. 3. ostenditur, in 2. parte fal. 11. ubi hoc idem

4 tenet. † Sequitur in Themate, ꝙ Titius cum sociis monialem raptam in domo Pamphili introduxerũt. & ibi illam tenuerunt, quæro qua pœna puniat iste Pamphilus, q raptores ipsos cũ moniali scienter receptauit? dic ꝙ pœna capitis duntaxat punit absq; bonorũ publicatione, ut d. l. unica §. pęnas aũt, ubi dicitur, ꝙ illi duntaxat qui raptui interfuerũt, & prĩcipali raptori assisterũt, illi trib. pœnis puniunt. s. pœna capitis, ꝑpetuæ infamiæ, & oĩum bon. confiscationis, siue publicationis & isti oẽs poterũt a parentib. consanguineis tutorib. & curatoribus, à dñis, uel patronis mulieris raptæ impune occidi, si in illo flagrãti fuerint dephensi. Et dnt Bald. & Sal. in d l. unica, ꝙ hæc facultas, siue licẽtia occidẽdi dicitur cõcessa ẽt filiis, & nepotibus mulieris

raptæ

raptę,licet tex.illos nõ exprimat, & hoc uir-
tute eiusdem uel maioris rõnis q̃ uiget in fi-
liis,& nepotibus quã in aliis cõsanguineis &
5 agnatis.† Ex quo dicto notãt ibi Bald. & Sa-
ly.ꝙ iniuria facta uni de domo uel de familia
censetur esse facta toti familiæ, & consangui
nitati,& unusquisq; poterit iniuriarũ suam
uindicare,& ideo isto casu nullus de cõsangui
nitate poterit esse testis in hmõi causis, hoc
tñ itellige ubi esset cõsuetudo ꝙ oẽs de fami
lia siue de cõsanguinitate reuocare solcãt ad
aĩum suum iniuriã factã cõsanguineo uel al-
teri de familia. ẽm Cyn.in d.l.unica,pro quo
facit tex.in l.1.C. si rector prouin. &c. & C.si
quacũ.præd.potesta. l.1. Ex hoc etiã not ẽm
Saly.ibi,dum quærit an facultas illa occidẽdi
prestita censeatur illis personis de quibus ibi
cõtra raptores masculorũ qñ rapiuntur ma-
sculi causa libidinis,& cõcludit ꝙ non,nec pę
næ illius legis inferuntur cõtra ipsos.Bald. tñ
ibi tenet cõtrarium ꝙ illa lex, & illius pœnæ
habeant locum etiã contra rapientes mascu-
lum,& dicit esse casum ibi in d.l unica.in fin.
sed tex.ille hoc non probat,dum.n. loquiĩ de
masculis,& fœminis eisdẽ pœnis puniendis,
loquiĩ de his qui associarunt siue dederũt au
xiliũ raptori,& sic de ꝑsonis delinquentibus,
non aũt de illo qui passus fuit rapinã,& ideo
puto opinionẽ Saly. & sequaciũ esse ueriorẽ,
maxime quia lex illa est multũ exorbitans &
odiosa,ut dicit ibi Saly.bene uerũ est ꝙ nõ so
